6
26 N
6

MAXIMI TYRII PHILOSOPHI PLATONICI SERMONES E GRAECA IN LATINAM LINGVAM VERSI

COSMO PACCIO INTERPRETE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

PETRVS PACCIVS : VIRIS LITTERATIS SALVT .

Vm Maximus Tyrius philoſophię Platonicę egre
c gius aſſertor, uitio temporum diutiſſime latuiſſet,
tam Græcis ſuis, q̃ Latinis ignotus : occurrit ei di
uinitus Ianus Laſcharis : ut eſt antiquitatis ſoller
tiſſimus indagator : qui cum non ſolum e tenebris eruit (ip
ſum enim iam pridem in Italiam ad Laurentium Medicen auũ
culum meũ, inter multos alios libros : ipſius Laurentii munifi
centia ad lucem eductos, e Gręcia attulit) Verũ & ut Latinos
noſtros iuuare poſſet : Coſmo Paccio fratri meo ut Latinum face
ret perſuaſit, aſſerens gratum fore ac iucundum munus id Lati
nis omnibus, propter nouum ac magnificum ſcribendi genus.
Quod cum ei fęliciter ſucceſſerit : ita ut ſtudium eius, & ab ipſo
Laſchari Zenobio Acciaiolo, nõ nulliſq; aliis uiris doctis proba
retur : morte pręuentus, librum : ut ſtatuerat : edere non potuit.
Nos uero tam pietate fraterna ducti : q̃ ut Vobis, literarum
ſtudioſi, gratificaremur : eum chalcographis dedimus excuden
dum : Cuius noſtri conſilii rationẽ, & uobis conſtare uoluimus :

¶COSMI PACCII ARCHIEPISCOPI FLORENTINI PRAEFATIO IN SERMONES MAXIMI TYRII PHILOSOPHI PLATONICI E GRAECA IN LATINAM LINGVAM A SE VERSOS AD IVLIVM. II. PONT. MAX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

✠

EQVOR EORVM EXEMplum Pont. Max. qui cum ex inſita quadam mortalibus curioſitate remotiſſimas gentes adierit, ubi ſoſpites ad ſuos reuerſi ſunt, nequaquam ſatis habent uerbis atq; hiſtoria tantũ peregrinationem ſuam teſtari, niſi etiam ex eis locis noui aliquid ac peregrini ſuorum ciuiũ oculis attulerint: In quo non ipſi ſolum, qui peregre fuerunt conſpectarum rerum memoriam ſeruent, ſed etiam hi, qui domi remanſerunt: iucunditatem aliquam deguſtent nouitatis. Ego enim pegre profectus propterea ꝙ aliquandiu uel a latinis uel a diuinis lectionibus aberrans, cum græcis, ac gentilibus philoſophis: ad quos me curioſitas forte deuexit, uerſatus ſum, quod quidem eſt homini latino, ac chriſtiano ſacerdoti inſtar longinquæ peregrinationis: refero nimirum tibi Chriſtianę rei. p. principi ac parenti, de philoſophia gentili exiguum hoc munus, Quod ſimul peregrinationē hanc non inanem fuiſſe: ſimul etiam deuotionem erga te meā perpetuo teſtetur; Falli equidē poſſum Pont. Max. uel ut inſipiens, quod non diffiteor: uel etiam, ut ebrius eius lectionis, atq; huius ſcriptoris: a quo me captum ac delinitum ſentio. Sed, me hercle, ita opinor, haud ingratum haudq; ineptum munus tibi, ac bibliothecę illi tuę: quā paras electiſſime ex hoc noſtro errore aduectũ eſſe. Quęris tandē quod munus? Maximus eſt Tyrius gręcus Auctor

ueteris illius philoſophiæ: Sed Platonis precipue ſectator: noſtra
opera nuper in latinū aſcitus, de quo q̄tum ad hiſtoriam pertinet,
pauca hęc paucisq; in locis comperimus teſtata: Quod ſcilicet liby-
cus uetuſta origine, & Commodi temporibus Romanus ſenator:
& orator uehemens, & ueteris philoſophię ꝓbator fuerit, tantūdē
enim prope ex Ariſtidę oratiōibus: atq; ex Suida accepimus. Is de ua-
riis queſtionibus ad multas philoſophię partes pertinentibus per-
petuæ orationis cōpoſuit ſermones, in unum & quadraginta libel-
los diſtributos: Dignos profecto mihi uiſos. qui in notitiam tuam
Pont. Max omnis auctor ſapientię deinde latinorum cunctorum,
ederentur. Verum enimuero cum curare in primis oporteret: ne
philoſophus hic nobilis diues: ac ſuorum temporum in eloquen-
tia ac ſapientia (ipſi ſi credis) facile princeps: maieſtatem tuam ac
cęteros latinos aditurus minore eloquii gloria accederet, q̄ olim
iter ſuos uerſaretur. Mea tamē inopia nō tulit: ut huic quicq̄ aliud
pręter interpretationis fidem præſtare poſſem: quo latinus futurus
ſatis poſſet, integram ac ueterem illam ſuam tueri dignitatē. Qua-
propter operam dedi, ut quantum ad fidem interpretatiōis attine-
ret, ne uel exemplarium mira paucitas (uix enim inuenimus duo)
uel eorum uitia: quę paſſim ac frequentiſſima occurrerunt: taq; nō
ita a nobis omnia ſanata: ut adhuc in interpretatione noſtra non
appareant uulnera: uel ſcriptoris huius remotiſſimi conceptus offi-
cerent multum, ad ipſius habendum ueritatem. In cęteris uero idē
fere ſeruaui: Quod in regenerandis per lauacrum in fidelibus ob-
ſeruat Eccleſia, ut cum. ſ. gentiles pompas abnegare iuberem, ſatis
habiturum: ſi relicto eloquii ſplendore, cęteriſq; eloquentiæ fucis,
ſenſus dumtaxat puritatem ac ſapientiæ uim: una cū imagine qua-
dam tenui ueteris ſui nitoris, e græcia ſecum in latium deferret.
Verumtamen ille, ita meo iudicio ſapientia habundat: ut etiam At-
ticiſmi ornatu ſpoliatus, doctis tamē, ac ſapientibus uiris, in hoc te-
nui pallio, ſatis amplitudinem ſuam probare poſſit Eius. n. ſermo-
nes ſublimen quandam indicant mentem: Diuina illa Platonis
atq; Homeri ambroſia ſaturatam: mirū hominis ſtudium, ueteris
atq; integrę philoſophię ſeruandæ. Acre pręterea ingenium, Hora-
tianū (me Hercle) dixerim, inuentionibus, figuris, exemplis, ac ten-

ſationibus ſcatens: de quo uix iudices: utrum magis illud ad orato-
riā: an ad poeticen uergat. Sūmum quoq; iudicium: maximam in
omni genere litterarum eruditionem ac ſcientiam/orationem quę
nihil dormitans: aut ociosum admittat: Q uęq; uel breuitate: uel
ſententiarum nouitate: uel cuiuſlibet rei proprietate: uel uarietate
lectionis ſatietatem diſcutiat: attentionem requirat atq; inuitet. Ha-
Habet. n. hic ſcriptor: neſcio quid: Q uod ex cunctis philoſophię par-
tibus temperatum: oraculum magis q̃ orationem imitetur. Con-
numeres preterea inter eius uirtutes exactam quampiam argumē-
tandi peritiam: ac uim. Verum pro ingenii ſui magnitudine uulga-
ribus abſconditam: claram tamen ac perſpicuā eruditis ac doctis:
miroq; artificio conſtructam: quę nequaq̃ ſpectare uidetur: ut au-
ditoris extorqueat aſſenſum: ſed potius docilitatem ac perſuaſionē
pro uere ſapientię ſtudio uenetur. Dicerem pro eius merito plura:
uerūm, ut ille aliquo in loco ad Homerum laudandū: nihil potius
habet: q̃ ut Homeri ipſius Carminibus utatur: Ita etiam ego pro
huius laudatione potius habeo nihil: q̃ ſuum illum tricesimū ſepti-
mum ſermonem allegare: In quo clariſſime patet: q̃ ipſe: de ſe ſen-
tiat magnifice. Q uam etiam cæteros ſentire uelit. Cum. n. ueriſſi-
me de laudibus ſuis ipſemet: Sed tamen neceſſario loquatur: neceſ-
ſitatem profecto mihi demit: aut ipſum (ut par erat) pro dignitate
ſua: aut munus hoc noſtrum: quod amplitudine tua multo īferius
commendationem aliquam poſcebat uerbis ornandi. Itaq; laudi-
bus cæteris omiſſis: ſi quæras Pon. Max. quid me precipue pręter
hęc omnia impulerit: ut philoſophi huius ſermones tibi: ac biblio-
tecę tuæ conciliarem: probaſſe me ſcito: in primis piam in eis ſapiē-
tiam: utpote Platonis academiæ alumnam: ac perfectionis pediſ-
ſequā xpianę: dignam profecto: quæ a ſacerdote Chriſtiano pere-
gre reuerſo: pro peregrinationis inditio ad ſacerdotum parentē do-
no referretur. Dein q; compendio loquitur: ac ſtatuit de pulcher-
rimis atq; altiſſimis philoſophię queſtionibus: quas coniectas i ca-
pita: ea me hercle ſuauitate: uarietate: ac breuitate: pro ingenio ſuo
condiuit: ut nō procul ab officio fore cenſuerim: Vt ſi forte eſuriēs
animus tuus, repudiatis ſolitis eſcis: externi aliquid cuperet: paratas
haberet has offas: quę uno hauſtu uotatę lectionis reficerent gu-

ſtum mirificeq; inſtaurarent firmitatem. Q uid enim aliud īdicat
domeſticæ iſtius bibliotecę deſignatio? quid gymnaſii publici cō-
ſtructio? Q uid doctorum aliquorum familiaritas·atq; uſus? niſi
te inter tumultus bellorum ingentes: in quos neceſſitas dignita-
tis apoſtolicæ tuendæ·te coniecit·inter tot egregias partas uicto-
rias Inter cogitationes conſilia·tractatuſq; quos habes frequentiſ-
ſimos de Chriſtianorū concordia·ac pace: ac delendo infidelium
nomine·Inter magnificentiſſimas illas Templorum·atq; Edium
conſtructiones: Inter hęc omnia·in quibus animi tui uigor enite-
ſcens propriam ac peculiarem poſcit laudationem·conſulto a no-
bis in alium locum reſeruatam: Q uid inquam aliud indicant? ni-
ſi te Interdum remiſſionem animi quęrere: honeſtū diligere ociū:
ac philoſophię deſiderio teneri? Fuit igitur officii mei: qui digna-
tione ac beneficio tuo·ſacerdotio patrię Eccleſiæ ornatus·uacatio-
nem a negociis tuis·Q uorum me aliquandiu miniſtrum habui-
ſti·ſum adeptus: uiciſſim tibi nūc pro ocio accepto (ſi nō par ociū
liceret) ocii ſaltem curare inſtrumentum. Cuius ſi te faſtidium mi-
nime cęperit: quod quidem humanitas tua pollicetur·uberiorem
poſt hac operam·ad huiuſmodi obſequium expecta: In qua ſi nō
ingenium ac ſapientiam laudabis (id enim Pont. Max non poſtu-
lo) piam profecto uoluntatem ac ſtudium·gratitudinemq; animi
mei tibi & apoſtolicæ ſedi debitam, laudabis.

Vale.

CAPITA SERMONVM MAXIMI TYRII PHILOSOPHI PLATONICI.

q VID Sit Deus ſecundum Platonem ſermo i.
Vtrum referenda ſit iniuria Ser. ii.
Vtrũ exiſtẽte diuinatiõe aliquid ſit i noſtra poteſtate. iii.
Quomodo diſtinguatur amicus ab adulatore. ſer. iiii.
Vitam actiuam meliorem eſſe contemplatiua ſer. v.
Vitam contemplatiuam meliorem eſſe actiua. ſer. vi.
Vtrum recte Plato de ciuitate ſua expulerit Homerum. ſer. viii.
Qualis fuerit amatoria ars Socratis. ſer. i. & ſer. viii.
De eodem amore ſer. ii. & ix.
De eodem Amore ſer. iii. & x.
De eodem amore. ſer. iiii. & xi.
Quod omni ſuauitate loquẽdi melior eſt philoſophicus ſer. xii.
Quod Bellatores ciuitati utiliores ſunt q̃ Agricolę. xiii.
Quod Agricolæ utiliores q̃ Bellatores. xiiii.
Sermones optimos eſſe qui operibus conſonent. xv.
Quid intendat Homerus xvi.
An ipſa uirtus ſit ars. xvii.
Quomodo quis ſe uindicet a dolore. xviii.
Qui ſit finis philoſophiæ. xviiii.
Cynici uitam potiorem eſſe. xx.
Vtrum circulares diſciplinæ conferant ad uirtutem. xxi.
Nun quis diuina ſorte bonus fiat. xxii.
Bonum bono maius non eſſe. xxiii.
Bonum bono maius eſſe. xxiiii.
Cum Deus bona agat unde mala. xxv.
Quid ſit Socratis Demon. i. xxvi.
Quid ſit Socratis Demon. ii. xxvii.
Vtrum diſciplinę ſint reminiſcentię. xxviii.
Vtri de Diis melius tractarint poetę ne an philoſophi. xxviiii.
Vtrum orandus ſit deus. xxx.
De uoluptate: quę & ſi bonũ eſt minime tamẽ eſt firmũ. i. xxxi.
Quod uoluptas & ſi bonum non tamen firmum. ii. xxxi.

Quod uoluptas & ſi bonum ſit: attamen infirmum: iii. xxxiii.
Quid ſit philoſophiæ finis. xxxiiii.
Quod ex laboribus & in fortuniis eſt utilitatem accipere xxxv
Quomodo quis ad amicum ſe habeat. xxxvi.
Omni ſubiecto philoſophicum conuenire ſermonem. xxxvii.
Vtrum Diis dicanda ſint ſigna. xxxviii.
An recte fecerit Iocrates: qui Noluerit uti apologia. xxxviiii.
Quid eſt ſcientia. xl.
Duriores ne ſint corporis an animi egritudines. xli.

Finis Tabulæ.

MAXIMI TYRII PHILOSOPHI PLATONICI SERMONES:

QVID SIT DEVS, SECVNDVM PLATONEM SERMO PRIMVS.

VM DE DAEMONVM ambigitur natu-
ra, diſſerere de ea re, tum ipſe auſim, tum aduerſan-
tes facile ſubſtineam. Neq; enim aut grauiter eum
peccare cenſuerim, aut etiam agere inſolenter: qui in
eam ſecum ipſe dubitationem, aut aduerſus aliquẽ
diſputationem ingrediatur, Sit ne penitus Demonum natura. Ac
ſi ea eſt quid nam maxime, aut q̃ta ſit: quandoquidem certum eſt
nomen: tamen ſi latet ſubſtantia, potentiaq; in ambiguo uerſatur.
Nunc uero cum de Deo dicturus ſim: Qualem ipſe me faciam?
cuiuſmodi uerborum me elegantia muniero? Aut unde ſatis cla-
ras appellationes comparabo? Quam præterea electi cantus con-
cinnem Armoniam: Vt aut mihi ipſe, aut aliis oſtendere ualeam?
quod quęritur. Si enim eloquentiſſimus omnium Plato (Quã-
uis ipſum Homero comparaueris) haud alias unq̃, neq; etiam in
pręſentia ſatis dignus eſt: qui de Deo loquens ſibi uindicet fidem.
Sed aliquod nihilominus deſiderium habet, aliunde ſuæ opinio-
nis pernoſcendæ, fruſtra id dicere agrediatur is, qui anguſto inge-
nio utatur: Niſi forte cuipiam uehementer ſitienti, pręſentemq; ha-
benti limpidum amnem: qui copioſus aquarum ſimul delectaret
aſpectum: ſimul cõmode preberet potum, fecundiſſimeq; nutriret:
nos alicũde, ex inopi fonte, ceteraq; inferiori hauriẽtes: ſufficientẽ
potum afferre poſſe arbitremur. Qualem ſimilitudinem uidere li-
cet ĩ noctua: cuius cũ iterdiu ĩ clariſſima ſolis luce caliget aſpectus:
noctu tamẽ igniculi facula aucupat. Si quis enim in Platonis inci-
dens ſermones meliores alios deſiderat: putetq; ĩ eo micantẽ lucẽ
exilem admodum eſſe, minimeq; claram: Hic nunq̃ aut exorientẽ
ſolem aut refulgentem lunam, aut heſperum occidentem, aut luci-
ferum præuenientem aſpexerit. Sed mane amabo iam iam
enim meditor ſenſim, quæ ſit huiuſuis orationis, ueniteq; in
mentem eius imaginem rei, in metallorũ foſſoribus uideri poſſe:

qui cum terram ipſi cedant · atq; aurum effodiant/minime tamen
ſufficiunt ad auri naturam dignoſcendam: At reicere negociũ huiuſ-
modi oportet in eos: qui igne aurum probant. Primum namq; cũ
oratione Platonica congreſſum. Auri prorſus metallo cuidam ſi-
mile eſſe exiſtimo. Quod ſequitur aliam artem requirit: quæ perin-
de atq; auri ruditatem igne · Ita Platonis uerba ratione examinet · ac
purget: & quæ præterea ſincero ac probato eorũ auro · ideſt puriſſi-
mo ſenſu · ſciat uti. Si igitur quemadmodum metallorum: ita etiã
ueritatis comperimus uenam: eaq; & diues & largiſſima exiſtens:
aliam nihilominus artem expoſcit: quę rudem (ut ita dicam) mate-
riam: ex quoquere poſſit: Age dum eam artem aduocemus. ut no-
bis in preſenti ſermone quęrentibus quid ſit · ex ſententia Platonis
diuina natura ſuffragetur. Si igitur ars hæc uocalis effecta peteret
ſubinde a nobis · utrũ diuinitatẽ penitus tollentes: obtuſo prorſus
ad omnem diuinitatis ſenſum ingenio · diſſertare uelimus? An ma-
gis uel opinionem Platonis de Deo · uel peculiarem aliquam a qua
Platonẽ diſſentire arbitremur · ſequamur? Nunquid ita petenti re-
ſpõdebimus? proprie cuidam nos opinioni inniti: Et ſi iterum pe-
tat cuiuſmodi ea ſit · Addemus ſtatim Deum eſſe:

In curuis humeris nigrum · criſpoq; capillo.

Irridebitur merito reſponſum: Ipſum quamuis etiam Deum gra-
diori charactere exprimere nitamur · nigra. ſ. habentem ſuperci-
lia · auream cęſariem · qua terram · mare · ſydera uoluit. Ad hęc
.n. atq; horum ſimilia: Philoſophi ſinguli diuinatione quadam
accedunt: qui cum propter debilitatem aſpectus · explanationis
inopiam ac hebetudinem mentis · diuinitatem comprehende-
re non poſſent: quam quiſq; pulchritudinis ſpeciem concipe-
re poterat · maximam · ea diuinam naturam inſignibat. Si uero ar-
tes in conſilium uoces · iubeaſq; ſimul omnes · uno decreto de ſub-
ſtantia Dei ſententiam ferre: Cenſes ne · aut pictorem · aut ſtatuariũ ·
aut poetã · aut philoſophũ diuerſa intellecturos? Sed nec Scytha ·
nec Græcus · nec perſa · nec Hyperboreus diſſentiet: Cũ tamen aliis
aliter de rebus, nec idem: ſed diuerſa ſentire uideantur. Quin etiã
neq; i ipſa boni maliue · turpis atq; honeſti cõſtitutione · conueniẽt.
Quę. n. ad leges ac iuſtitiam pertinent · ſurſum ac deorſum ferun-

tur:diuulſa undiq; ac diſtracta:ut nō modo gens genti · ciuitas ciuitati · domus domui·uir uiro. Sed nec quis ſibi ipſi demum conſentiens ſit.

Mens etenim humana eſt talis qualem ipſe dietim.
Iuppiter attulerit hominum pater atq; deorum.

Verumtamē in tāta pugna:contentione· ac diſſonantia,nuſq̄ gentiū cernere eſt:aut leges·aut rationes· nō in hoc ſaltim oēs cōuenire,q; unus deus princeps ac pater oium exiſtat: cui multi deinde dii deorumq; filii in principatus adminiſtratione operā nauent. Q̄ d̄ q̄dē haud ſolum fatetur græcus:ſed & barbarus:ſed & inſularum & continentis habitator: ipſi deniq; qui ſapientiam abnegant: Vt quis ad oceani litora acceſſeris: ibi quoq; deos his quidem prope orientes: illis uero occidentes inuenias. Quid Plato? Num unum hunc putes · uel calculo· uel decreto ab his omnibus diſſentientem · & non potius in tam pulcherrimo cantu ueriſſimeq; opinionis affectione: ceteris conſonum atq; affectus ſotium exiſtere? Quid hic eſt ſol? oculus reſpondet: Quid hęc ſunt tonitrua? Aures reſpondent: eorum tamen artificem deſiderant·artemq; diuinatione aſſequuntur. Si uero in uniuerſo æuo:duo·aut ad ſummū tres·exorti fuerint· genus uidelicet hominum inter mortales·Dei expers·abiectum ac ſine ſēſu: quorum oculos error,aures deceptio inuaſit. Qui mutilatum animum cumq; irrationalem · infœcundum habuerunt,meticuloſo ſimiles Leoni: excorni boui atq; implumi aui: etiam ab huiuſmodi hominum genere Dei mētionem fieri audies: Nam & nolentes ſciunt·& fatētur inuiti: licet ab eo dempſeris bonum·ut facit Leucippus: Addideris ſotietatem affectionis· ut Democritus: Naturam permutaueris: ut Straton ·uoluptatem conceſſeris·ut Epicurus. Nullam eſſe dixeris,ut Diagoras· Q̄uędam ignorare uelis ꝑ ut Protagoras: Hæc quidem omnes ualere ſinemus: qui facultatem non habuerunt integram · ac firmam ueritatis attingendę:ſed ad eā incertis·atq; errantibus ſemitis ferūtur: Quid igitur faciamus huiuſmodi·uiris·aut quid dicamus? cum per illos ex obliquo dei ueſtigia conſpicati ſimus. Nullis tamen ſimula·

Leucipp⁹ ꝯ deo et Ahg. phi

cris occurerimus? Ipſe quidem Vlixes, cum ad ignotam terram acceſſiſſet in ſpeculam aſcēdens, incolentium mores ſerutabatur.

Num fera gens, nullaſq; unq̄ mollita per artes,
Iuſtitiam ne colunt: & ſancti iura uerentur
Hoſpitii? ac numen cęleſtum mente capeſſunt.

Nos uero nequaquam audebimus ratiocinationem noſtrā in ſublimen aliquam animi ſpeculam attolentes, eo propoſito indagari Deum: ut quem ille locum incolat, quamue habeat naturam inueniamus? Sed contenti erimus, ſi quid in eum liceat allucinanter inſpicere. O, utinam oraculi cuiſpiam copia detur, ſiue illud Iouis, ſiue Apollinis ſit, nequaq̄ dubia ac flexiloqua loquentium: Non illos ſane conſulerem de Lebete: quēadmodum Cręſus Regum omnium ſtultiſſimus, & coquorum infelicíſſimus: neq; de dimenſione maris, aut harenarum numero peterē. Contemnerē prętera grauiora eiuſmodi rogare. Irruentibus medis patriam, quomodo defendam, quaſi tacente etiam Deo, non habeam triremes: Siciliam concupiſco, capiam ne? Quaſi haud inuito numine, frequens Sicilia reſiſtere non poſſit? mihi quidem, aut ex Delpho de Ioue reſpōdeat Apollo: aut de ſe ipſo Iuppiter, Aut ſaltem ex academia dei ipſius interpręs atticus uir, ac uates in hūc modū loquatur. Animus ad intellectionem inſtrumētis utitur duobus: altero ſimplici, quod mētem: altero uario, multiplici mutabiliq;: quod ſenſus nuncupamus: Quę & ſi functiones permiſcent, utrunq; tamen propriam diſtinctamq; ſubſtantiam agnoſcit: Vtq; hęc inuicem ad ſe habēt: ita & ea, quorum exiſtunt inſtrumēta. Iccirco differt ab intellectili ſenſile: quātum intereſt inter mentem & ſenſus. Horum ſenſile propter conſuetudinem uulgatius eſt, intelectilia uero ob inſolētiam hominum cetui minus nota ſunt: Naturę tamen exploratiora. Enimuero animalia, plantę, lapides, uoces, irę, appetitiones, colores, eiuſmodi omnia: quę longa conſuetudo collegit, dietimq; permiſcentur ordine uiuendi: ſta animum diſpoſuerūt traxerūtq; in ſentētiā: ut in his ſolis eſſentiā oēm: nec prętera alibi locatā arbitrētur. Sed ītellectile, cū ſit ab illorū cōtactu

coherentiaq; penitus liberum: eius eſt naturæ, ut ab intellectu tan-
tum, ſecundum propriam naturã cerni poſſit. Is uero intellectus,
quoniam in uniuerſa anima diſſeminatus eſt: propterea diſtrahi-
tur a ſenſibus ac perturbatur, & eo inquietudinis agitur: ut ſua ip-
ſe ſpectacula diſcernere non poſſit: ob eam q; cauſam plebeius fa-
ctus, ita moribus plæbis aſſueuit, ut popularibus ſenſuum uoci-
bus loquatur: nihilq; aliud eſſe arbitretur: preterq̃ qđ uideri, audi-
ri, olfieri, guſtari ac tangi queat. Igitur, quemadmodũ ĩ epulo nido-
ris pleno, in quo per multũ uini miſcetur: eſtq; tibiarũ, fiſtularũ, ſal-
tationũq; ſtrepitus multus, atq; odoramentorũ magna uis: ĩs cõſtã-
tiſſimus ſit: q ſeſe colligens, ac cõtrahens: ab illis oĩbus auocet ſen-
ſũ: ſeq; & ſobriũ & temperatũ pręſtet: Ita etiã uarie obſtrepẽtibus
ſẽſibus, magni negotii ẽ ĩuenire mẽtẽ frugi: q̃ adeo ſeſe ab his expli-
cet, ut ſua ipſa ſpectacula poſſit intueri. Cũ.n. ſenſuũ natura mul-
tiformis exiſtat replea tur iterdũ, Interdũ fluat, ad uarias ſuiq; ſimi-
les mutationes aĩum inſtruit: Vt ſi quãdo ſe a ſenſibus in ſtabilẽ fir-
mãq; itellectiliũ naturã erigere conetur: firmiter eã fluctuũ, ac per-
turbationũ ſalo cõcuſſa: dignoſcere nõ poſſit: quale quiddã con-
ſueuit accidere his, qui ex nauigio deſcendũt in terrã: quorũ perdiu
agitatũ, iactatũ, ac conflictatũ tempeſtatibus corpus: firmis ſtare
ueſtigiis uix queat. In utra igitur horũ natura collocabimus Deũ?
An non in ea, quæ firmior & ſtabilior exiſtit? & quæ minime addi-
cta eſt fluxibilitati, atq; mutationi? Nam qđ ĩ uniuerſa terũ natura
conſiſtat: niſi deus illius naturã amplectatur? Sed age opus habeas
aliquo: qui te manu quodãmodo in uniuerſam hanc notitiã dedu-
cat. Ipſam ſequere rationẽ: eaq; in hunc diſſerat modũ, notiſſimas
naturas partiens in duo: quarum nobiliorem nunq̃ diuidere abſti-
nebit, donec ad id: quod quærimus peruenerit. Rerum namq;
inanima quædam ſunt, quædam animata. Et quidem inanima la-
pides, ligna, atq; eiuſmodi alia. Animata uero plantæ, atq; anima-
lia. Sed animatum inanimo longe pręſtat: idq; in uegetabile ac ſen-
ſibile diſtinguitur. Horum ſenſibile præſtat: quod rurſum partim
eſt irrationale, partim rationale. At rationale irrationali melius.
Verũ in aĩa rationali quando quidẽ collectũ eſſe apparet, ac quodã
modo contineri: quod nutrit, quod concupiſcit, quodq; intelligit

quam comparationem habet animatũ cum inanimo:eandẽ habet
pars ipſius intellectilis : quę dicitur ; mens:cũ ea aĩa, quę ex cęteris
partibus conſtat. Et quidem mens omnibus illis pręſtantior. Vbi
igitur collocabimus Deum? an in ea anima: quę multiplex eſt? At
meliora ominemur. Supereſt ut quodãmodo ĩ arcẽ, una cum ꝍra-
tione aſcendentes in ipſa mentis pręſtantia Deum ſtatuamuſ. Sed
etiã hic duplicẽ naturã uideo. Alter.n. intellectus intelligendi uim
habet a natura:licet actu nequaquã ĩtelligat: Alter uero & ipſe na-
turã intelligendi habet:nondum tamẽ perfectus eſſe cognoſcitur,
niſi amplius addideris ſemper, illum atq; omnia intelligere:nõ au-
tem alia temporibus aliis uſq; adeo, ut perfectiſſimus ſit qui quidẽ
ſemper atq; omnia ac ſimul omnia intelligat. Placet ne, quod eſt di-
ctum figuremus exemplo? Finge diuinã mentẽ in uidendi:huma-
nam uero in loquendi potentia conſiſtere. Non ne oculi obtutus
ociſſime, ac ſemel undiq; uiſibilis obiecti ſenſum ad ſe trahit? ſer-
monis autem opus lento (ut ita dixerim) gradu incedere uidetur:
Sed forte commodius dicemus: ſi diuinam mentem dixerimus in-
ſtar ſolis, uno ſimul intuitu quodcunq; ubiq; eſt in terra loci, pro-
ſpicere. Humanam uero pro more uiatorum non niſi longiſſima
mora, ac diuerſis temporibus, uniuerſi partes cognitione percur-
rere. At qui prior illa ea eſt: quam nobis uir ille atticus, ex acade-
mia pronuntiat, uniuerſi parentem ac opificem eſſe: cuius nec no-
men enunciat: quod minime nouit, nec colorem prodit, quem
minime uidit:nec magnitudinem oſtendit, quam nunq̃ attigit.
Hæc namq; ad corporis proprie naturam, atq; oculorum intelli-
gentiam pertinent. quando Deus ipſe neq; oculis perſpici, nec uo-
ce enuntiari poteſt:nec corporeo tactui ſubicitur, neq; auribus po-
teſt auriri. In quem ſolus animus pulcherrimus, uidelicet nitidiſ-
ſimus intelligentiſſimus atq; expeditiſſimus oculus propter ſimili-
tudinem intendit, eundem ipſum eiuſdem animi propter affinitatẽ
percipit auditus: Sed totus atq; integer non niſi uacuæ atq; in ſeip-
ſam contractę illabitur menti. Quemadmodum igitur fit ſemper:
ut cum quis cupiat ſolem intueri: haud auditu ad eius perueniat
aſpectum:neq; uocalis harmonię ſtudioſus, eam proſequatur ocu-
lis, ſed deſiderium oculorum ĩ ipſis coloribus, auriũ uero expleatur

ī ſonis:Ita ēt mēs ipſa ītelligibiles ſpecies appetēdo eas,& uidet & audit.Q uomodo autem uel uidet,uel audit?recto nimirum animo,atq; adeo ualido:ut aciem ſuam ſinceriſſimam in lucem illam poſſit intendere.Cuius aſpectus haud caliget unq̃,uel ad terrena demittatur:quin potius aures aduerſus ſenſibilia obſtruat, & ab his uiſum reliquoſq; ad ſeipſam abducat ſenſus. Q uæ pręterea a doloribus,fletibus,uoluptatibus,gloria,honoribus,ignominia libera ſit,ſeq; ipſam dumtaxat ueriſſimę rationis, ac ualentiſſimi amoris gubernationi cōmittat,ac rationis quidem:ut ab ea, quo ſit tendendum accipiat.Amoris uero,ut huius itineris peritiſſimi ductoris,quiq; ſatis ſciat,gratia ac lepore itineris minuere laborē. Q ui illuc tendens,atq; ab his terrenis abiunctus, habeat ſemp ante oculos claras,ac fulgentiſſimas ſpecies: exordium quodammodo ad Dei naturam dignoſcendam,inducentes.Ita pergēs animus de natura diuina,obiter audit:eamq; aſcendēs intuetur:neq; terminus uiæ cælum eſt ipſum,cæleſtiaue corpora:Q uamq̃ pulcherrima & ipſa ſunt diuiaq;,ut pote Dei ipſius legitima foetura,& ad pulchritudinis concinnata prēſtantiam:quin potius ultra pgere oportet,ac ſupra cęlum ſe ſe efferre:inq; ēum locum ſtatuere,in quo ueritatis ac tranquillitatis eſt ſedes.

In quo non hyemis rigor eſt:nec decidit imber.
Lucidus,at ſemper uolat atq; innubilus aer.

V bi nullus corporeus affectus,a ſuo animum ſpectaculo abducere poteſt:eiq; id exhibere negocium, a quo idē animus miſer,dū uerſabatur in terra,mugitu atq; affectionum tumultu, ſternebatur.Nam quomodo Deum intelligat quis?qui cupiditatum multitudine atq; abſurditate ratiocinationum perculſus ſit?Haud ſane melius q̃ qui in populari contentione, ac tumultu cōſtitutus, uel legem uel magiſtratus percipiat uocem. Q uotus.n.quiſq; ē hominū?qui in cætu,ac ſtrepitu multo,liberum habeat auditū? Iccirco animus cum ī tumultum huiuſmodi ceciderit, ſeq; ipſū temere uaſtis cōmiſerit undis,natat quidem intranabili freto, donec fuerit exceptus,a philoſophia:Q uę ei rationes ſuas,iuxta ac Leucothea uelum ſubiecerit Vlixi.Q uomodo igitur fiet;ut euadens aliquis ad aſpectum Dei,pertingat?Sane cum integrum u- [ex homero]

de-[illegible]bit-cum fuerit accitus. Neq; eſt ꝙ nimiam uocationis moram
(quæ quidem omnino expectanda eſt animo)pertimeſcat. Vides
n. ut ſenectus aduentat,per quam ad Deum eſt tranſitus: Vt mox
ſequatur mors-de qua meticuloſus quiſq; conqueritur: & accedē-
tem expaueſcit. Contra qui dei amator eſt- libens amplectitur-in-
trepiduſq; excipit: Sed te(ut uideo)noſcendæ eius in pręſentia na-
turæ deſiderium tenet. Quis tamen pręſtare ſatis id queat? pul-
chrum Deum dicet- & pulchrorum omnium pulcherrimū,haud
quidem pulchrum corpus: ſed unde pulchritudo īcorpora ema-
nat. Neq; etiam pulchrum pratum: Sed unde & pratum- & am-
nes- & mare cælumq; ipſum cæleſteſq; Dei pulchritudinē decer-
punt. Inde enim pulchritudo omnis: tanq̄ ex peremni puriſſimoq;
fonte ad nos uſq; delabitur: tantumq; aut pulchritudinis -aut fir-
mitatis- aut ſalutis rebus in ſingulis ineſt-quantum ab eo forte re-
ſpergantur. Ex quo ſi nihilum hauriāt: cōtinuo turpes diſſolutæ-
corruptæq; tabeſcant. Hoc tibi ſi ſatis eſt-Deum ipſum inſpexiſti:
Sin minus- quę nam alia poterunt eiuſdem naturę interpretatio-
nē proferre? Fac in eo nec magnitudinem-nec colorem- nec figu-
ram- aliquam cogites: non aliud præterea quicq̄: quod materia pa-
ti conſueuit- Verum,ut interdum-formoſum corpus - ne conſpici
poſſit: multis ac uariis inuolucris obtegitur: cuius amator- ut ex-
pleatur aſpectu- ea opus habet amouere. Sic etiam neceſſe eſt ami-
ctum hunc- qui tibi oculos impedit, ratione auertere. Nec mora
ſtatim inſpicies- quod cupis: Sed perſtrigetur forte acies - quomi-
nus ipſius patris- opificiſq; omnium ſubſtineas conſpectū: Quā-
obrem in pręſentia ſatis habes- opera uidere- fætuſq; eius uenera-
riſuarios ac multos: neq; adeo tot- quot Pindarus dixit: Haud enī
triginta milia Deorum- deiq; ipſius filiorum- & amicorum: ſed in-
numerabiles penitus. Quod quidē teſtantur ī cęlo naturę aſtro-
rū- in quo æthereæ ſubſtantię dęmonū. Sed libet eius(quod dixi-
mus)perſpicuam magis imaginem oſtendere. Magnum animo
regnum- ac principatum potentiſſimum concipe - hominum ex
nutu unius animi optimi: atq; antiquiſſimi libentiſſime penden-
tium. Hocq; regnum: haud haly flumine: haud Helleſponto defi-
niri: neq; præterea, uel a Meotide palude: uel ab oceani littoribus

contentum. Sed eius eſſe cælum terramq; alterum celſitudinis alteram depreſſionis metam. At cælum quidem ſimilitudinem inexpugnabilis muri undequaq; in circuitū ducti obtinere: qui res omnes in ſeipſo contineat. Terram uero carceris cuiuſdam imaginem referre: in qua nexa ac compedita ſint nocentia corpora. Regem illum maximum fortiſſimumq; cogita: legeſq; iuraq; ad ſubiectorum ſalutem ac beatitudinem ſancientem: ſecundumq; hūc adminiſtros, q̄ plurimos deos: Viſibiles alios: alios nobis abſconditos: qui ueluti ianitores ad ueſtibulū occupati, miniſterium ſortiti ſunt diuinæ uoluntatis decreta enunciandi: & cognatiōe quadam coniuncti primo Deo: atq; eius cōuiuio accepti: Viſibiles uero miniſtri eorum minoreſq; exiſtunt: Quibus tamen inferiorū alius ordo ſubſeruit: Ex his ordinem ſucceſſionemq; licet intueri ab ipſo ſummo Deo ad hominum uſq; deorſum deſcendentem.

VTRVM REFERENDA SIT INIVRIA: II.

TRVM Iuſtitię ſit domus altior: Quam ut prauis homines hanc ſuperēt dolis (ut uerum fatear) mens dubitat mea. Tu quidem tecum ipſe Pindare, diſputas de Iuſtitia ac dolo conferens aurum cum ęre. Cur ita? Quia agis Poetam peritusq; artifex es & cantum choro & tyrannis triumphalia carmina componere. Quamobrem tibi illud in primis curæ eſt quemadmodum ſerues uocabulorum menſuram: aut rectam modulationis rationem: aut etiam numeri figuras. Viro autem ei: qui uel choros uel cātum nihilo plus facit q̄ pueri ludos: et qui unius animi menſuram numerum modulationem atq; habitū cogitat: quemadmodum his queat proprię uitæ negocia condire nequaq̄ unquam ueniet in mentem: uel etiam leuiter ambigere. Vtrum iuſtitia ſit arduus murus nec ne: Sed potius carmine tuo conuerſo ita loquatur. Iuſtitia murus eſt arduus quem non obliquis doli uiis ingreditur hominum genus. Cum nihilominus Iuſtitia aditum ad ſe prohibeat dolis, q̄ cęlū Alcidis. Neq; ſecius doli ad alta męnia iuuent aſcenſum q̄ olim olympo impoſitus Oſſa uel Pelſo impoſitus Olympus: quos iter ac cælum tantundem in-

tererat:quantum inter Iuſtitiam ac dolos: Quod igitur? bonorũ
uidelicet Iuſticia eſt: improborum eſt dolus. Et iuſtitia quidem
comprobata res eſt: adulterinus penitus dolus. Illa ualida, hic de-
bilis. Illa utilitate prędita, hic utilitatis inanis. Iam ne uero, qui Iu-
ſtitiam colit & circunſeptus eſt, hiſce Pindari mænibus eligat: ſi
forte cum contingat iniuriam accipere: ex æquo iniuriam repēde-
re acceptam? Age uideamus quid id eſt, quod dicimus. An forte
iniuriam ſibi ipſi quenq̃ inferre fas ſit. Nam ſi quidem eſt eiuſmo-
di facere iniuriam, atq; accipere: eiuſmodi eſt uerbera inferre ac pa-
ti: nil plane obſtat, quin idem ſimul iniuriam faciat, ac patiatur.
Sin uero uerberibus inferendis illud contingit: ut ex cõmuni re-
pulſu, quem natura corporum parit, unus utrãq; rē, actus actio-
nem ſcilicet ac paſſionem ſuſcipiat. Facere autem iniuriam atq; ac-
cipere, mutuos potius imitetur obtutus: Cum uidemus ſcilicet ac
uidemur, ubi quicquid uidet, utiq; & uidetur. Non tamen quicq̃d
uidetur protinus etiam uidet. Iccirco alia potius in hunc modum
utamur ſimilitudine: ut inferre iniuriam atq; accipere: quaſi coar-
guere ſit, & coargui. Si quidē coarguit, qui ueritatis eſt conſcius:
coarguitur autem ueritatis ignarus. ac ſicuti non coarguitur ueri-
tatis peritus: nec inſcius coarguit ueritatis. Ita facere iniuriam, atq;
accipere unius, ac eiuſdem eſſe minime dixeris. Quando igitur
non eadem unq̃, ſed diſtincta omnino hęc ſunt: probuſq; & im-
probus nequaq̃ eſt idem, utri utrũ aſſignemus. Nunquid iniuriã
inferre, uelimus improbi eſſe, pati autem iniuriam probi? An po-
tius iniuriam inferre: certum eſt facinus improbi: cum tamē iniu-
riam pati, ad certam alterius perſonam referri non poſſit? Videa-
mus hoc modo. Iniuria ē priuatio boni, Bonũ uero quid eſt aliud
q̃ uirtus? ſed uirtus auferri non poteſt: aut igitur, qui poſſidet uir-
tutem iniuriam accipere nõ poteſt: aut falſo diffinitum eſt dudũ
iniuriam priuationem boni exiſtere: Aut nullum bonum obno-
xium eſt: ut auferri, abiici, expugnari, uaſtariue poſſit. Id ſi ita ſe ha-
het, quam iniuriã patitur probus, a quo ſua probitas auferri per
improbum non poteſt? ſequitur ergo ſi probus iniuriæ mini-
me patet: eum qui iniuriam patitur, improbum eſſe: tamq; ab im-
probitatis accipere conſorte. At improbus quodnam poſſidet bo-

Iniuria qd.
bonũ qd.

num/quod auferri ab iniuria poſſit? Quam priuationem diffiniuimus boni. Nam qui nihil habet/quo queat priuari/ nihil etiam habet: in quo poſſit iniuriam accipere. An igitur iniuria nõ in priuatione conſiſtit patientis/ſed potius oritur ex animo agentis: ac propterea improbus iniuriam/patitur/ tam & ſi nullum habeat bonum: & probus itidem ab improbo lęditur: tametſi auferri ſibi bonum non poteſt: Equidem magis illam rationem admitto: quæ iniuriam potius imputat uolenti eam inferre: tamen ſi ab errauit a propoſito: q̃ huic qui puenit ad opus. Lex enim animaduertit in methos: non in eos ſolum/qui adulterium cõmittunt: ſed ẽt in eos: qui cõmittendi uoluntatem habuerunt. Punit etiam furẽ: qui furtum tentauit: q̃uis conficere negocium non potuit. Et proditorem: qui prodendi animum habuit: licet ad actum proditio nequaq̃ ſit ducta. Eo igitur uniuerſa ratio ducitur: ut ſtatuat probum uirum: neq; iniuriam facere/neq; iniuriam pati: quippe qui iniuriam iccirco non facit: quia faciendi uoluntatem non habet/ nec patitur propter uirtutem. Improbus iniuriam infert/ non autem accipere uidetur. Infert quidem iniuriam probo/ ob improbitatem/ quã habet: nullam uero accipit iniuriam: Quia boni expers cum ſit/bono priuari non poteſt. Adhuc pluribus hanc rem uerbis explicabo. Si quidem bonum in uirtute ſola/ nec præterea alibi conſiſtit. Improbus uirtute inanis/ in quo ſuſtinere iniuriam poſſit/minime habet. Sin uero præter ipſam uirtutem/ ea quoq; bona cenſentur/quæ ſunt corporis: queue extrinſecus a fortuna proueniunt ac circunſtantia ſunt: quandoquidem ſatius eſt/ ubi ea non fuerint/cum uirtute coniuncta/ q̃ lõgiſſime ab homine abeſſe. His quoq; multatus iniuriam accipere non poteſt: Conſtat enim cum his bonis ſpoliari: quibus alioqui abuteretur omnino: Quamobrem ille iniuriam infert: non patitur uiciſſim. Si cõſtãs ſententia manet: iniuriam ab inferendi oriri uoluntate. Sed nunc de improbo loquor. Vult quidem improbus iniuriam inferre/ at tamen inaniter conatur. Cum.n.id uult/aut ſui ſimilem improbũ petit/aut ſeipſo meliorem: Deficiunt ſex lineæ.

Q uid eſt igitur quod acturus ſit melior? Nunquid improbo in-
iuriam referet? At nihil inueniet in quo figat iniuriam. Q uam-
obrem.n.potius improbus improbus eſt: q̃ ꝙ careat bono: Q ua-
re neq; opere ipſo qui ſapiet: improbo iniuriam rependet: quando
quidem nihil apud illum inueniat in quo iniuriam locet. Neq; etiã
animo ſi quidem non magis uir probus iniuriam unq̃ inferre. q̃
tibicen tibias diſſonanter inflare meditatur. Communiter uero ſi
improbum eſt iniuriam facere. iniuriam referre ſimile quippiam
eſt. Si enim qui iniuriã intulit propterea ꝙ prior cauſam prebuit
maius flagitium admiſit. attamen q̃ retulit idcirco ꝙ ultus eſt
ei improbitate exęquatur. Et ſi iniuriam inferens deliquit: uiciſſim
delinquens nihilominus priore illo delinquere uidetur quia iniu-
riam rependit Q uemadmodum.n.qui gratiam refert eo qui cę-
pit beneficium conferre: nihilominus beneficus eſt: q̃uis prior be-
neficium accipit. Sic etiam qui iniuriam refert. nihilominus dete-
rius agit eo a quo ante acceperat iniuriam. etiam ſi prior erat iniu-
riam perpeſſus: Nam quis erit unq̃ iniurię finis? ſi qui iniuriam
eſt paſſus ultionem nequaquam remittit: profecto neceſſarium
erit malum continue ab alio ad alium transferri ac tranſilire iniu-
riamq; nouam ueterem ſemper iniuriam excipere. Etenim ſi con-
ceditur iuſto: propterea ꝙ eſt perpeſſus iniuriam auctorem iniu-
rię ulciſci: in eundem etiam iuſtum ab eo qui ultionem excepit re-
uertetur iterum ultio. Vtrobiq;.n.agendi idẽ eadem æquitas eſt.

Q ualẽ o Iuppiter Iuſtitiã feciſti: quæ ex iniuriis oritura eſſet:
Q uonã uſq; progreditur malũ? aut ubi tandẽ cõſiſtet? An parũ
uideras pernẽ te ĩprobitatis fontẽ mouere: Atq; eã legẽ uniuer-
ſis hominibus ſancire: a qua uetuſta quædam origo maloꝝ oĩum
initium ſumeret: Ex ea ſcilicet eſt antiquum olim inter hoĩes ma-
lum ſtruendarum claſſium. tam barbarorum: q̃ etiam græcorũ:
quibus illi interpoſitum mare tranſmittentes ſe inuicem impete-
rent diriperent oppugnarent atq; uaſtarent: prætextum iniuriæ
exiſtimãtes ꝓueniẽtẽ iniuriã. Phænices.n.rapere agreſſi ſũt ex Ar-
go regiã puellã. Secuti mox gręci ex colcho barbarã uirginẽ ad-
duxerũt: Phryges deĩde laconicã ex Pelopõeſſo mulierẽ. Vides
ut ſibi ipſis mala ſuccedũt: qbus ex cauſis bella naſcũt: Vides mul-
tiplicationẽ iniuriaꝝ. Hoc nimiꝝ malũ gręciã ipſã attriuit opinio.ſ.

mutuarum iniuriarum:quę etiam ad propinquos emanauit· im
placabilis furor·ĩmortalis ira : uindictæ deſiderium:ignorantia iu-
ſtitię. Quod ſi qui iniuriam acceperant·potuiſſent animum indu-
cere:iniuriam ipſam ſuis auctoribus maximum malum afferre:
quod quidem deterius eſſet omnibus bellis· de molitione muro-
rum:agri populatione:ac conſtitutione tyrãnidis:nunq̃ profecto
græcia ipſa eſſet tot·ac tantis infortuniis referta. Potideam Athe-
niẽſis oppugnat. ſine Lacedæmon·atq; diſſimula:Huius quãdoq;
facti pænitebit Atheniẽſem·Noli eum improbitate imitari:ne ẽt
uituperationis particeps euadas. Quod ſi occaſione accepta ma-
lueris ĩuadere Plateas:peribit tibi Melus, Procuna ĩſula:peribit
Egina inſula amica:peribit Sycione ſocia Ciuitas. Vnam capien-
do urbem multas euertes. Vt.n.qui diuitias quærunt · ac ſe mari
cõmittunt:maximo interdum fœnore:pecuniam ſumũt. Sic etiã·
qui irę indulgẽt:maximis ſe calamitatũ uſuris inuoluũt. Ad Athe-
nienſem hoc dico. Sphacteriã habes : Lacedemoniis redde quos
cæpiſti:atq; interim·dum ſecunda uteris fortuna : etiam ſapientia
utere. Qui ſi audire nolueris:homines quidẽ retinebis: triremes
autem minime tenebis· Lyſander·qui in Helleſponto ſecundam
expertus fortunam· exiſtimationẽ Sparte maxime auges·moneo
Thebanis ut parcas: Non audis? lugebis paulopoſt. Leuctricã cla-
dem & infortunium Mantineum: O latentem inerrantemq; iuſti-
tiam:ob eam ſ.cauſam·Socrates Ariſtophane ęquo animo tulit:
odium aduerſus Melitum minime exercuit:neq; ultus eſt Anitũ:
Sed clariſſime clamabat. Anitus·ac Meliſus Socratem de medio
tollere poſſunt·lędere autem non poſſunt. Neq; n. improbo licet
probo detrimentum inferre. Hęc quidem Iuſtitiæ uox eſt · qualẽ
ſi uniuerſi mortales loquerentur·nullas ꝑfecto tragedias · nullas
ſcęnicas·fabulas· pręterea nõ tam multas uariaſq; calamitates ha-
beremus. Vt enĩ inter corporis morbos· qui ſerpunt contumaci-
ter reſiſtunt ſanitati:ac propterea oportet firmum curationis ge-
nus adhibere: Vt quod ſupereſt tabi·ſaluum fiat. Ita quoq;, ſi uel
domũ uel ciuitatẽ lædere iniuria cæperit:inhibere malũ oportet:
ſiq̃dẽ ſalutis eius·q̃d adhuc ĩtactũ ab iniuria ẽ·rõnẽ uolueris habe-
re. Hoc Pelopidas attriuit:hoc idẽ Heraclidas de medio ſubſtulit.

hoc progenię Cadmi·Perſaſq; euertit:Macedonas deniq; ac græ-
cos.O,perpetuum morbum:qui per multis temporū ſpatiis uni-
uerſam terram implicuit·Prouehor audacia:ut id etiam ſuperiori-
bus addam:ſi detur iniuriam iniuria minorem eſſe: eum qui iniu-
riam retorquet·nequiorem eſſe eo·qui prior inferēdi auctor fuit:
ille.n.ignorantia ductus·ad inferendam iniuriam accedens: uitu-
perationis rettulit pęnam.Hic autem iniuriam referens.cum iniu-
rii hominis factum uoluerit ſequi : uituperationem itidem ab eo
in ſe tranſfert:Vt.n qui fuliginoſū cōplexus·nō pōt nō ī mundus
abire a complexu:Ita & cū qui iniurio homini congreditur · cūq;
eo pariter uolutatur in iniuria :neceſſe eſt flagitii partem accipe-
re:neq; eiuſdem fuligine abire inquinatum.Athletam igitur lau-
do:qui cum Athleta æqua certandi ratione·pariq; uincēdi ſtudio
congreditur.Video namq; in utroq; ſimilitudinem naturæ:medi-
tationem·cupiditatemq; uincendi prope parem:Quotienſcunq;
uero uir probus cum improbo contendit:quod minime ex eadē
palæſtra uterq; progreſſus eſt:neq; ſub eodem ſeſe exercuit magi-
ſtro:non eandem didicit artem.non iſdem certaminibus inhęſit:
non eandem coronam appetiuit·neq; eodem eſt delectatus præ-
conio:Piget eiuſmodi pugnę·inęqualis ē congreſſionis conditio·
neceſſe prorſus eſt improbum ab eo ſtadio certantem diſcedere
uictorē:qui ſpectatoribus improbis iniquiſq; iudicibus · utatur:
Probus namq; harum artium rudis atq; ignarus: inſidelitatis te-
teramentorum·dolorumq; omnium inanis exiſtit:minimeq; eiuſ-
modi certaminū peritus,a quibus improbitas·& uires · & robur
haurire conſueuit:Ita ut deridendum ſe præbeat:Qui cū neq; na-
tura : neq; arte : neq; etiam moribus : ad iniuriam formatus ſit:
ad eam tamen inferendam ſe parat . Dicat hic aliquis:num ideo
oportet uirum iuſtum : contumeliam / calumniam / perſecutio-
nemq; preferre? Num tacitum ſpoliari ſubſtantiis : Num etiam
carcerē· exilium:ignominiam:ac mortē ſubire? Reſponde ſodes
ad id,quod rogo.Si forte pueri ſancita in ſe lege :conſtitutoq; iu-
dicio: grandem natu uirum in republica ſua accuſent : tum ſi
præuaricari uideatur : ſtatuant in puerorum cætu / dignitate
mulctari : publicentq; puerilia eius bona : ut talos puta : ue-

ut ludricam ſupellectilem. Quid hunc facere uirum conueniat / an non quæſo iudicium illud cum mulcta / & ſuffragiis riſu maximo aſpernari? Hoc modo Socrates Athenienſes deridebat / ut puerulos ſuffragia ferentes / ut iubentes hominem mortalem necari. Sed præter Socratem ipſum / nemo non bonus ac Iuſtus edat q̃ clariſſimum riſum: ſi forte ab iniuriis hominibus uideat ſtudioſe ſe peti, putantibus aliquid agere. cũ tamen acturi ſint nihil Quod ſi eum cum ignominia dimittant: edet uocem illam Achillis: Cogito ab iuſtitia Iouis honorari. Si diuitiis ſpolient: diuitias proiiciet ueluti aſtragalis / luſurioq́ʒ inſtrumento ſpoliatus. Mortem deniq́ʒ eo animo ſubibit / tanq̃ ſi ei / uel a febre / uel ictu lapidis afferretur. nihil propterea interfectoribus infenſus.

¶ VTRVM EXISTENTE DIVINATIONE / ALIQVID SIT IN NOSTRA POTESTATE. III

CVM Medi aduerſus græcos exercitum ducerent: Athenienſes Deum conſulebant. quid facto opus eſſet / ubi tanta barbarorum ingrueret uis. Medorum fulcta equitatu / Perſicis curribus / ſcutatis ægyptiis / quam ſequerentur funditores Cares. Paphlagones haſtati / peltati Thraces / Macedonum grauis armatura / & equitatus theſſalicus. Imminente igitur tam graui malo / Athenienſes Deum conſulebant: quo nam maxime modo auerti poſſet. Is uero reſpondit. Fieri poſſe / ſi ciuitatem ligneis mœnibus munirent. Sententiam Themiſtocles dicit. Videri ſibi / nihil aliud / quicq̃ ligneum illum murum / q̃ triremes ſignare / cæteroſq́ʒ in ſententiam trahit: Quamobrem cuncti migrantes ex urbe / intra ligneum Dei murum ſe receperunt. Sed eſto: ſi Athenienſes eo tempore oraculum / pro his rebus adire contemnentes: uirum conſulere maluiſſent / ſapientem, maximeq́ʒ idoneũ / tum proprias uires & hoſtium apparatum expendere / tum de impendenti procella / deq́ʒ aduerſus eam remedio diiudicare / Is ne conſentaneum fuit / ut in conſilio dando Apollinis oraculo minor inueniretur? Quem ego haud obſcure de ambiguis mœnibus puto fuiſſe reſponſurum. Sed clariſſime potius dicturum. Cędite Athenienſes

Themiſtocles interpres oraculi

lapidibus atq; ędificiis barbaro, ob eamq; cauſam, cum liberis ueſtris atq; uniuerſa familia, cum libertate, cum patriis legibus, ad mare confugite: ut triremibus ſuſcepti, uel fugiendo ſalutem, uel pugnando uictoriam quæratis. Cur igitur homines conſulta hominis negligentes, oraculum magiſ adeunt? An ideo q̃ hominum ingenium lubricum eſt, infidum, inuidum, adulterinumq;? Cuius iudicium nequaquam ſemper aut conſtet aut collimet? Cum contra diuina mens ſecundum excellentiam fida: ſecundum ueritatem probabilis, ſecundum peritiam a ſigno minime aberret, ſecundum dignitatem extra omnem inuidiam ſit. Oracula aũt Deorũ & ingenia hominum (q̃uis nimium audacter exiſtimabitur dictum (dicendum tamen) cognatione multa iuncta ſunt. Neq; eſt, ſi modo inter ſe ſimilitudinem aliquam res habent, cur aliam rem magis, cum quauis comparemus, q̃ cum mente diuina uirtutem hominum. Caue itaq; dubites, quonam pacto hoc fiat: ut mens humana cum ſuę ſpontis exiſtat diuinatione utatur. Q uoue etiam illud, ut cum diuinatio uera ſit: nihilominus aliquid habeat mens humana, quod in ſua ſit poteſtate conſtitutum. Similem namq; conſideras rem, idem petis, de eodem dubitas: idem uoluis: cum tamen facile ualeas rem totam ita diſtinguere. Q d nec deus ipſe certus coniector omnium eſt, neq; hominum mens non aliqua interdum aſſequitur. Sed de humana ui poſt uiderimus. Tibi uero ſatis ne perſuaſum eſt: diuinam mentem cuncta ordine intelligere? honeſta, turpia, digna, indignaq;? Sed parcendum eſt uerbis uerecundiæq;: erga diuina habendus eſt honos: cum magnificum quiddam ſit uniuerſa cognoſcere: harenarum numerum, dimenſionem maris, abſurdiq; lebetis elixationem in Lydia. Nemo uidelicet repellitur a Deo: qui pro futurorum certitudine aſſequenda, oraculum petat, idq; conducere mortalibus uidetur: quamuis iuſtus eo animo petat: ut propterea cupiditatem ſuã explere poſſit. Deum cenſes egregie, curioſum, ſatagentem, fatuum, parum præterea a circunforaneis ariolis: qui obolis duobus poſcentibus, quibuſcunq; de futuro reſpondeant, differentem: Ego uero, ne dum Dei: ſed ne boni quidem uiri eſſe exiſtimo, temere, ac pręter dignitatem rei ad effundendam ueritatẽ proſilire. Neq; .n. pręclari quicq̃

prolata ueritas habet:cuius cognitio nequaquam afferat bonum. Iccirco medicus ægrotum fallit. Imperator exercitum Gubernator nautas:In quo·quæ abſurditas eſt?quãdo homines ſæpiſſime ex intellecta ueritate detrimentum:ex mendacio utilitatem rettulerunt.Si igitur reris diuinationem aliud eſſe·q̃ diuinam mentem ab humana perfectione dumtaxat·ac firmitate differentem cenſere pariter debes:rationem cum ratione pugnare . Si uero potius tantundem prope diſcrepant:quantum igneus ſplendor a ſolari·qui quidem utrobiq; ſplendor eſt:non ideo·q; clariorem adamas: propterea minorem ſpernere·iſta tua diſtinctione oportet.Vniuerſum.n.hoc totum:harmoniam quandam exiſtemes uelim:muſici cuiuſdam inſtrumẽti:cuius ſit artifex Deus.Vnde ea initiũ ſumẽs·perq; aerem cõmeans·paſſim terræ mari animantibus·ac plantis permiſcetur.In quibus·cũ plurimas diſparileſq; naturas inueniat·pugnantes eas inuicem conciliat·neq; ſecius componit·q̃ ſuprema quædam harmonia·ubi in multiſonum inciderit chorum:eius ſolet ſtrepitum comprimere:Quæ uero diuinæ artis uia ſit·uerbis diſſerere non poſſum.Ideo quaſi ſimulachrum eius potentiæ uidebis:ſi forte inſpexeris·naues in terram ſubduci·aut ingentes ſaxorum moles impelli.Id.n.non niſi multis·uariiſq; inſtrumentorum uerſionibus·conuerſionibuſq; effici poteſt: quorum ſingulaqueq; ſingulis quibuſcunq; ſuggerunt uires: atq; inuicẽ ſuſcipiũt ductum:Cuncta tamẽ ſimul uniuerſum pondus impellũt.Quo fit·ut impulſionis cauſa totius operis ſit:Cum tamẽ opificium totum conſtet ex particularium collatione machinarũ.Hunc igitur opificem fac eſſe Deum:Machinas uero ratiocinatiões humanas·artem dic hominum eſſe:quæ nos ad fatalem ordinem trahat.Et ſi clariorem imaginem requiris:Deum dic eſſe exercitus Ducem·militiam uitam·militem hominem·teſſeram fatum·arma facultates·hoſtes calamitates·ſocios·rationem fortitudinis præmium uirtutem·Cladem eſſe flagitia·diuinationem autem eam artem:quæ ex apparatu præſenti·futura coniiciat.Nam & gubernator nauem habens eius cum inſtrumentum cognoſcat·ſi inſpexerit mare·uẽtorumq; expenderit uim:euẽtum ante præuidebit.Dux itidẽ exercitus cum Caſtra habeat·ſi militum ſuorum·& hoſtium exanima-

uerit uires/ex apparatu preſenti/uel cladem/uel uictoriam/ante co-
gnoſcet. Medicus præterea uidendo ægrotum/ſi genus morbi in-
telligat/& medicinam ſatis calleat: facile ſentiet ægritudinis exitū.
Nonne uides multitudinem uatum? q̄q̄ hi clare/q̄ artificioſe coni-
ciant futurum/raroq; aberrent a ſigno? Si igitur quod ī poteſtate
noſtra eſt/ex ſeipſo tantum penderet/omninoq; ſolutum eſſet a
fato: nulla nobis diuinatione opus eēt/cum uero uniuerſis rebus
mixtū ſit/parſq; & ipſum non exigua/fatalis ſit ordinis/quod ſubi-
citur neceſſitati/uaticinium ſtatuat quod uel certitudinem/uel in-
certitudinem reſpicit/ad conſultationem pertineat. Ex his habes
etiam neceſſitatis propoſitum/& diuinatione ipſa/& humana con-
ſultatione deprehendi poſſe. Sed quanam ratione utraq; uis fu-
tūs rerum præſentiet. Sane uel ſiccitates/uel terræmotus/uel incē-
dia/uel impetus uentorum/uel aeris mutationem: haud ſolus præ-
ſentit Deus/ſed & homines/qui maxime ad naturam diuinam ac-
cedūt. Sic namq; Pherecydes ſamiis motū terræ prędixit: Et Hyp-
pocrates Theſſalis aduentantem peſtem. Timaſius Clezomeniis
defectum ſolis/atq; alius aliud. Deus autē ipſe quomodo de his/
quæ ex poteſtate hominum pendēt/oraculum profert. Ait enim:

Ne dæmone inuito des operam liberis/
Suſcepta enim proles patrem aufert ſuum.

Hoc quidem cū ediceret Deus/optime nouerat quali homini con-
ſilium daret/q̄ petulanti/q̄ profunde in ebrietatem demerſo. Ecir-
co calamitatem prænuntiat/cuius exordium facturus eſſet Laius/
Cauſam intelligeret Deus:

Creſus/halyn penetrans magnam peruertet/opum uim.

Quod halyn traiecturus eſſet/ſubticuit: profert autem quid
eſſet paſſurus/ſi halyn traiiceret/Res quippe eiuſmodi ſunt:
ut ſi earum ſubſtuleris complexum/diuinationemq; Dei/ab
humana mente diſiunxeris/harmoniarum omnium conſonan-
tiſſimam diſſoluas. Eſt.n. mundus: qui ex cælo conſtat/ac terra/
quaſi cōmunis Deorum atq; hominum domus: duorum ſcilicet
horum generum/duæ ſunt domus immortalia uehicula. Alterū
habent Dii/Deorumq; filii: alterum Deorū Interpretes homines/
haud humi cubantes (ut ait Homerus) neq; etiā pedibus illotis/

ſed recti atq; animis ſuſpicientes in cęlum,menteq; in Iouem ſuſpenſi. Horum regimen uitæ : Dii profecto aliqui ſortiti ſunt. Dii namq; fętuum terræ curam gerunt:eaſq; ad ſalutem tuentur. Cæterũ inuiſibiles ii ſunt:neq; arcubus utuntur aut uulnera unq̃ acceperunt.

Hi q; cibum nunq̃ capiunt uino ue madeſcunt

Homines uero ſuſpicientes in coelum quatenus fas eſt Iouis lucidam domum intuentur haud auro(ſecundum Homerum) exornatam neq; faciferis puellis refulgentem. Verum ſolis lunæq; cæterorumq; huius ordinis aſtrorum ugentiſſimo lumine illuſtrẽ. Nonne exercitũ uides ex optimis ducibus ac neceſſariis militibus delectum? Huius compoſitionis ordinem obſerua:diuinationem ſtatim uidebis uirtutẽ agnoſces manifeſtaq; erit utriuſq; & cura & cõmunio. Vides præterea ut hominũ uita politia quędam ſit haud ſatis conſtans:neq; earum una:quas continens habet : Sed potius perſimilis naui latiſſimum pelagus tranan̄ti : cuius ſaluti haud ſolus ſufficiat Rector:niſi & oportunitas & obſequium uentorum & inſtrumẽti cõmoditas ęquoriſq; opituletur natura: Fac igitur rationales animi motus machinis ac miniſteriis naualibus ſimiles eſſe. Cum mari & uentis humanam rerum incertitudinẽ confer prouidentiam gubernatoris dic idem eſſe quod diuinationem futuri non aberrantem a ſigno. Si uero huiuſmodi politiæ cõmiſtio ratiocinationi tuæ repugnat: Platonem audias hæc uerba dicentem. Deus in primis deiñ fortuna & oportunitas temporis humana omnia adminiſtrant. Verũ tñ mitius eſt tertiam cauſam ſuperioribus adiicere/eamq; eſſe hominum artem: Siniſtra.n. tempeſtate nulla ne nobis adſit.an potius aliqua gubernandi ars ſuper magni referre arbitror. Hæc mihi uaticinia animum uerſante nec penitus ſinunt uel diuinationẽ contẽnere uel ad eam probandam intellectum omnino mancipare. Q uemadmodum igitur ex animalibus ancipitis uitæ aues propter uolandi facultatem cũ penſilibus rebus cõmunicant. Ita hominum uita conditionis eſt dubiæ: Q uæ partim eſt ab ĩgenito libera arbitrio partim neceſſitate obſtricta. Vt ſi dicamus unctum hominem poteſtatem acceptiſſe ductores ſuos ſponte ſequendi: quæ cogitatio eo me ducit

ut neceſſitatem ſuſpicere exiſtere in rebus. Sed tamen eius enunciatio perq̃ difficilis eſt. Si enim eam denominauero Parcam, nomen rei dixero, quæ humanis opinionibus inerrat. Nam quid obſecro parca eſt? cuius ea naturę, cuiuſue ſubſtantia?

Num Deus, & latum tenet inter numina Olypum?

At nihil a Diis oritur mali: neq; parcarum ui calamitates obueniunt hominibus. Nefas eſt.n.malorum cauſam referre in Deū.

An magis eſt hominum Inter mortalis & ipſa?

Mentitur igitur Elpenor dicens.

Peſſima me demon lęſit parca.

Mentitur & Agamemnon, dicens.

Ego non ſum cauſa malorum.

Iuppiter at fatumq; & celſorum accola Erimnys.

Vniuerſa.n.eiuſmodi nomina mortales, ad honeſtandam improbitatem ſuam confixiſſe uidentur, in dęmones, in parcas, & Erimnym flagitiorum cauſas referentes. Hęc ſane in tragediis habeāt locum nullaq; ibi huiuſmodi nominum ſit inuidia. Dum tamen in ſerio humanæ uitæ ſpectaculo, futilia hęc, & inania non admittes. Erimnys.n.parca, dęmoneſq;, quæq; alia nomina fatalis cauſarum ordinis propoſita enuntiāt, intus habētur in animo: Et Agamēnonem interdum exercent, quo tempore græcorum ſtrenuiſſimum mercede præmii fraudat. Elpemonem ad ebrietatē uertūt. Thyeſtem ad inuadendas fratris nuptias incendunt. Edipoden ad parricidium. Sycophātam ad iudicia, piratas ad mare. Sicarios ad ſicā, petulātes ad uoluptatē īpellunt. Hinc miſeriæ hūanę fontes malorumq; omnis generis fluxus. Vt ignis fluit ab Ethna, ut ab Ethjopia delabitur peſtis: Et ignęs quidem defluit in terram, peſtis uero ad Athenienſes accedens, in eis finem accepit: At improbitatis torrentes, & innumeri & perennes exiſtunt. Quibus & oraculis multis, & infinitis prope uaticiniis, eſt opus: Quorū quæ diuinatio fallere unq̃ poſſit? Nam quis obſecro improbitatē, perfidiam, ac petulantiā exitus manet? Hęc eius generis ſunt: quæ prædicebat Socrates. haud tātum Apollo: qui ob ſocietatē artis, Socratem diuinis laudibus extulit.

❡QVOMODO DISTINGVATVR AMICVS AB ADVLATORE. IIII

RODICVS in ſabulis,Herculem puberem iam ac ui-
p rilem ſpiritum gerentem:ducit ad locum: Qui cum in
duas ſcinderetur uias:Alterius uirtutem ducem haberet·
uoluptatem alterius·Harũ altera uiſa eſt·Herculi grauis·ac decen·
tis aſpectus·inceſſus placidi·ſermonis concinni maſuetiſſ.uultus·
ſimpliciſſimiq; amictus. Altera luxu ſuperbiens· unguentis deli-
buta·floridas induta clamidulas · impudentis aſpectus·inordina·
ti inceſſus·incompoſitæ uocis.Hæc aſpiciens Hercules(Vt Iouis
filium decuit)ſuopte probum ingenio·uoluptati,ſalute multa di·
cta·uirtuti ſe præbuit ducendum.Age & nos fabulam(ſi placet)
fingamus. Vias duas·optimum uirum·duarumq; uiarum ducto·
res·uirtutis ſcilicet loco amicum uoluptatis adulatorem reponẽ·
tes.Hi quoq; iter ſe differãt habitu aſpectu·ueſtitu ſermone· atq;
inceſſu.Alter enim per q̃ iucundum aſpectui ſeſe offert.Alteri q̃
ueriſſimum ſe præbet.Ille ſubridens·ac porrigens dextram·uirum
hortetur,ut ſe potius ſequatur:quem & laudibus & precibus · &
ſupplicationibus aggrediens:ingentes quaſdam uoluptates enar-
ret.Florentia uidelicet prata·fluentes amnes · cantantes aues·cle·
mentes auras·opacas arbores·planas ſemitas·patentes curſus,cõ
ſitos ortulos·ac ſub naſcẽtia piris pira·malis mala·uuis uuas. Hic
contra pauca loquatur·attamen uera,maximam ſcilicet partẽ uię·
aſperam eſſe·exiguam,admodum facilẽ·oportere itaq; qui ſe ſtre·
nue ad iter accingat ·Ita paratum eſſe:ut cum fuerit opus·exhau·
riat labores oppoſiturus lucro:ſi quam interim acceperit quietẽ.
Vtroq; igitur contraria loquente · utriuſnam magis ſermone ille
mouebitur,qualemue ingredietur uiam? Reſpondeamus fabulæ
huius poetæ:ſi contingat uiatorem hunc· uel miſerum illum aſſy-
rium uel Stratonem phænicem:uel Cyprum Nicloclem,uel ſyba-
riticum illum eſſe·minime dubitari oportere·quin ex ductoribus
alterum peſſime oderit·putetq; eum agreſtem in ſuauem·in elegã-
teq; eſſe.Alterum autem·ut lepidum·ut benignum· ut omni hu-
manitate conditum amplectatur . Age bellus hic ductor ducen-

Dum ſotiis reditum in patriam uitamq; redemit.
Vbi in hominum incidit genus procax ac uoluptariũ: qui ferarũ
more uiuentes dulcẽ ructarent lotũ. Sic.n. uoluptatem deſignat
Homerus) cum cerneret ſotios his hominibus mixtos eorum lu-
xuria capi, abſurditatemq; loti deguſtare inuitos flẽteſq; diuellẽs
reducit ad nauem. At non ita Eurymachus erga procos ſe geſſit:
quos ſaginatos ſues pingueſq; oues cædere: uinum impudenter
exugere noctu cum ancillulis miſceri: regiam domum abradere
nuptiiſq; inſidias ſtruere permittit. Vis ne paucis uerbis de re to-
ta decernere? Adulatorem ſub ĩprobitatis: Amicum ſub uirtutis
ordine ſtatue, dolorem ac uoluptatẽ abiciens. Quãdo nec amici-
tia uoluptate uacua eſt nec doloris adulatio expers. Sed miſcẽtur
interdũ cũ amicitiis.ſ.uoluptas cum adulationibus dolor. Nã &
matres & nutrices alteræ filios diligunt alteræ alumnos. Quarũ
obſequia illorum uoluptatibus deſeruiunt: Nec propterea ꝙ uo-
luptas interſit non amare dicũtur. Agamẽnon Menelaũ hortat.
Et laudare omnes animum & frenare ſuperbum.
Putas ne menelaum ad adulationem in uitet? Vlyſes ex nau-
fragio in Pheacum terram euadens: cum exurrexiſſet nudus
e cubili, ludentibus puellis occurrit: In quibus Reginam co-
gnoſcens ſipſam aſſimilat Dianæ: poſt etiam pulcherrimæ plan-
tę: Neq; iecirco audeat quis Vlyſſem adulationis poſtulare. quæ adulator vlyses. ibi eio
ſ. ex propoſito uſu affectuq; animi ab amicitia diſcernit. Optimus
miles & mercennarius pariter utuntur armis: horũ opera nemo
ex exercitio manuum expendit ſed potius conſiderato propoſito
uſum utriuſq; diſtinguit. Alter.n. amicitiæ deſeruiens ſalutẽ pror-
ſus intendit: Alter pretio pugnans quibuſcunq; ſe utendum præ-
bet. Ille operam ſponte pollicetur: Hic uenalis eſt. Ille per indutias
hoſtibus fidus: Hic amicis etiam infidus. Eodem pariter modo
cenſere debes amicum ab adulatore differre. Ambobus.n. accidit
ſæpius ut iiſdem negociis congreſſibuſq; hominum teneãtur: ſed
eorum differentia uel ex uſu, uel ex fine uel ex animi cognoſcit
affectu. Amicus enim, qd uere ſibi bonum uideatur illud cõe uult
eẽ amico. Vt ſiue moleſtũ ſiue iocũdũ exiſtat: eo ex æquo pariter
cũ aĩo perfruatur. Adulator uero ꝓpriis cupiditatibus obſequens

Ita ſe ad congreſſus hominū parat. ut ex his captet propriū lucrū: Et Amicus quidem bonū æquabiliter cupit impartiri. Adulator proprijs cōmodis ſtudet. Ille ex ęquo uitam cum amico ſecundū uirtutē inſtituit. Hic maiorem partem · ſecundum uoluptatem ad ſe uertit. Ille cum amico diuerſans · pari loquendi libertate delectatur. Hic obſequendo ſubmiſſius loquitur. Ille in cōmunione ueritatem depromit. Hic dolos ſtruit. Ille futuram utilitatē iam ſerit: Hic preſenti contentus eſt gratia. Illius quidē facta memoriæ cōmendanda. Huius autem ueteramenta obliuione digniſſima. Ille amici rem, ut cōmunem curat · Hic ut alienam deperdit. Amicus amici fælicitatem · leuiter delibat · ex æquo uero infortuniū ſubit. Adulator infælicitate nequit expleri: infortunii autem abſe abdicat partem. Amicitia laudi: Adulatio uituperationi expoſita. Amicorū alteruter dando · accipiendoq́ uiciſſim ſibi pariter reſpondet: Adulator penitus claudicat. Quiſquis enim alicuius rei egeſtate detentus obſequitur ei: a quo eam ipſam queat accipere. quatenus ille uotis ipſius non integre reſpondet: inæqualitatē amicitię prodit · Amicus ſi pro amico ſubeat iſfortunium uix præſentit. Adulator maxime infortuniū ſentit: Amicitia probatione confirmatur. Adulatio ſi ad probationem accedit · penitus frāgitur · Amicitia tēpore ualidior fit: Adulatio tempore deprehenditur. Amicitia minime eget, ut utilitate firmior fiat: adulatio · ſine utilitate ſtare nō poteſt. Si uero Inter deos atq́ homines cōmertium datur: qui deos ſobrie colit · amicus eſt Dei: qui ſuperſtitione tenetur, adulator eſt dei · Et ſobrius quidem cultor · Deiq́ amicus beatus efficitur. ſuperſtitioſus autem penitus miſer. Quemadmodum igitur: qui propriæ uirtuti confidit · intrepidus accedit ad eos: Ita qui ex impuritate deiectus · ob formidinem abiecit ſpem · Deos ut tyrannos reformidat · Eodem prope inter homines modo · plena ſpei fiduciæq́ amicitia eſt · Contra adulatio & a ſpe & ab animo deſeritur. Tyrāno nemo amicus: Regi nemo adulator. Regnum autem tyrannide diuinius. Et ſi amicitia æquabilitas eſt morum: improbitas neq́ ſibi ipſi conueniet · nec probitati. Probus enim cum probo facile amicitiā ſeruabit · Compares enim ſunt. Adulator autem: quo pacto amicus erit hominis probi? latere enim adu-

lator uirum probum non poteſt. Improbo autem adulari conten-
dens, ſi adulatorem hunc quoq; hominem nanciſcantur/ne huic
quidem perdiu poterit adulari. Q uandoquidem genus hoc ho/
minum/pares ſibi reponi uices interloquēdum non patiatur. Sin
uero improbus ille adulator non ſit/amicus adulanti/eſſe nō po/
terit. Sed & in re publica/quę ex optimatibus conſtat/plena ami/
citię eſt. Popularis ſtatus adulatio mera. At qui optimatum admi-
niſtratio populari præſtabilior eſt. Nullus.n. uel Cleon/uel Hyp/
bolus lacedemōius exercuit/laſciuiētis populi adulatores ſceleſtiſ/
ſimi. Eupolis in dionyſiis Calliam comice luſit/priuatum hoīem/
adulatorum in conuiuiis prædam/ubi adulationi præmiū propo/
ſitū erat: Calices/ſcorta/Cæterę q; (hoc genus) ſordidę/ac ſeruiles
uoluptates. At populum Eupolidis dicacitatis ſpectatorem/quis
nam comicus/quo theatro/aut quibus Dionyſiis ludetur? popu/
lum dico adulatores per multos/qui haud uilia præmia/ut ſunt
oblectationes uentris/ac ueneris: ſed pernitiem græcię captarent:
Q uod ſi Athenienſes adulatoribus pulſis/Pericli ac Nicię obtē/
perare maluiſſent: profecto ꝓ adulatoribus illis/ductores amicos
habuiſſent. Inſpiciamus regna ipſa: Adulatur Mardonius Xerſi:
Barbarus Barbaro: Demens Dementi: Laſciuienti dño ſeruus īfę/
lix: quemnā exitum adulatio habet? Inſurgit Aſia/uapulat mare:
contabulatur Helleſpontus/effoditur Athos: Q uis huius ſtudii
exitus? Nimirum clades/ac fuga/& adulatoris cædes ipſius. Sed
Macedones adulantur Alexandro/adulationis effectus: Anaxyri-
des Barbaricæ adorationes/Philippi/Herculis totiuſq; argiuæ fa/
miliæ obliuio. Q uid oportet recenſere tyramnidas? ubi enim gē-
tium metus/ac licentia uigent/ac dominatio premit/ſubiectos: ibi
neceſſe eſt adulationem florere/& amicitiam penitus obrui. Eſt
etiam in hominum ſtudiis/& in ipſis artibus adulatores īſpicere/
ſpecie quidē perſimiles/opere uero diſſimiles. Nā & muſica igno/
bilior adulatione homines cæpit: ubi Dores patriā illam/ac mō/
tanam muſicam linquentes/inter armenta ac pecudum greges
clamorum/tybiarum ſaltationumq; amatores effecti/muſica ſi/
mul, cum ipſa degenerem uirtutem reddiderunt.

Medicina etiam degener/ad adulationem ſe tranſtulit: Cum pri-

mum homines Eſculapii·diſcipulorumq; eius· curatione relicta
ſtudia illius artis coquinaria ſimilitudine infecerunt:prauorum ſe
corporum adulatores nocentiſſimi. Oratori & Sycophanta adu-
latur·orationem aduerſus orationem exacuens:iuſto in iuſtū·ho-
neſto muniens turpe:Sophiſta deniq; philoſophiæ adulator exi-
ſtit. At hic adulatorum omnium multo eſt peſſimus.

VITAM ACTIVAM MELIOREM ESSE CONTEMPLATIVA. V.

AGNI negotii eſt perfectam uiuendi rationem inueni-
m re·perinde atq; hominem perfectū:Adeo omnibus ſtu-
diis·inopia quędam miſcetur:quæ ea non ſinit pulchritu-
dinem illam contingere extremam. Nos uero perfectiſſimū eſſe il-
lum dicimus cui deſunt pauciora:Q uamobrem uidere ruſticos
eſt·ob opinionem iucundæ ac floridæ uitę fęlicitatem ciuibus in-
uidere. Viciſſim uero qui contiones,ac iudicia frequentant· et in
his auctoritatem obtinent ſummam· propriam conditionem de-
plorantes· & raſtros & agellum habere i uotis·Audias etiam eos·
qui militiam ſectantur ociosos homines in cælum efferre· Cōtra
ocioſos ipſos admirari militiam Q uod ſi contingat aliquem deo-
rum·his uiris(ut in fabulis mos eſt ſcęnicis hiſtrionibus fieri)ha-
bitum conditionis pręſentis auferre· et alterum concedere cupi-
tum uideas rurſus eoſdem illos priora requirentes· odiſſe pręſen-
tia. Adeo hominis ingeniū rem nullam perpetuo probat ·ac ſem-
per eſt querulum·moroſum·præterea·ac propriis rebus minime
contentum. Nam multitudinis cupiditates; ac faſtidia. quid con-
ſiderare eſt opus:haud quidē magis q̄ brutoꝝ ipſoꝝ: ipſis ſuccen-
ſere philoſophis:uel eos potius miſereri oportet:qui pp prudētiā:
propter induſtriam uitæ:propter rationis peritiā elati:nullum ad
huc contentionibus·ac diſputationibus inter ſe ipſos & aduerſus
alios;terminum ſtatuunt:dum eam uiuendi rationem exquirunt·
cui ſe ipſos potiſſimum committant. Enim uero perſimiles ui-
dentur eorum gubernatorum ·qui eum ſe pulchre ad nauigan-
dum inſtruxerint : decenti magnitudine nauis : firmo apparatus.

inſtrumenti nautici·copia nautarum ad nutum obſequio· cautionibus artis moderató·ſaburræ liberamento· Vbi uſus nauigatiōis expoſcit·titubant·hęrentq; ancipites · inquam partem ſe uertant: multis quidem portubus ante oculos conſtitutis: quibus omnibus haud tuto te credas. Q uamobrem alios omnes cum ſuis uitæ profeſſiōibus ualere ſinemus·ut eſt delitiis defluere: Terræ ſubſtinere labores, errare in mari: mercennarium militiam ſequi: in cōtionibus ſtrepere: In iudiciis uolutari. Nam ut in certaminibus inſpicere eſt, qui imbecillum obtinent corpus·& in cōſultis uiribus·temere in certamen ob ſpem uictoriæ deſcendunt·eos paulo poſt ſub labores deficere. pares uero uirtute pręſtare. fortiter ſubſtinere certamen· ac pro aſſequenda uictoria ad extremum uſq; pugnare. Sic etiam certantibus profeſſiōibus uitæ·alias quidem omnes reprobare, ac pellere de ſtadio oportet: Speculatiua uero & actiua· quandoquidem ſtudiis inter ſe oppoſitis concertare uidentur· In certamen deſcendant·rationis armis ad pugnandum inſtructæ: Vtrā uero priores dicendi partes, iudicibus nobis accipiet. Equidē cenſuerim eam præponi debere·quę dicitur actiua· fidentis enim animi eſt & ad agendum expeditior · aſſueta·pręterea multitudinis frequentiam ferre, cuius ea oratio ſit.

ſIQ VIS inter mortales eam poteſtatē acceperit: ut quēadmodum uel princeps·uel Ciuitatis conditor·alicuius eos qui in hanc uitam deſcendunt· non prius intrare permittat: q̄ ſedulo ſingulos quoſq; percunctetur: quo nam opificio inſtructi: aut quo negocio freti: publicam rem iuuare poſſe ſe credant. Opinor Architectus reſpondebit·ꝗ lapides arte·atq; ordine cōnectens: conſtruat ſeptum: ad repellēdos æſtus·atq; hyemem· ab habitatoribus eius tutiſſimum perfugium. Textor·ꝗ ex tenui filo, ſubtegmineq; adhibita textura·indumenta conficiat: quę corporibus hominum·tegumenti ſimul cōmoditatem· ſimul etiam præſtent ornamentum. Q uod carpentarius aratrū alligabit· aut ſcannum aut aliud quippiam · quod lignaria ars in uſum hominum conferre conſueuit. Q uid ærarius faber? daturum ſe profitebitur uel belli·uel pacis inſtrumenta: quæcunq; ſolēt ex ęre·ferroue cudi: Q uę pręterea tandē ob artē (nā & hęc recipi debere

par eſt · ad uoluptatem hominum extrui poſſunt. Pictores
ac ſtatuarii dicent·oculorum ſe delectationibus ſeruire. Vnguen-
tarii ac dapium ſtructores·nobilitatem artificii:ſaporum atq; odo
rum iactabunt. Denique quiſquis Tibiis·cātibus·fidibus·choriſue
oblectamenta aurium parit. Etiam ſcurræ·præſtigiatores·& qui
dicēdi induſtriam tenent·fiduciam habebunt utilitatis artis pro-
priæ probandę. Homero Nirei forma ſatis oportunā cauſam præ-
buit·cur eum etiam in caſtra reciperet gręcorum: Nemini etiam
aditus patet ad uitam:qui minime ſymbolam(ut dicēdi mos eſt)
deferat ſecum:id eſt facultatem aliquā rei.p.iuuandę: At hic affert
aliquid eorū·quibus homines utuntur, artem alius Alius uolup-
tatem: Quæ cum ita ſe habeant:quam nam operā philoſophus
afferat:ut non inutilis:neq;(ut quidam quodammodo fucus inter
apes nobis adueniat. Nam homo cum ſit palam eſt eum iſdem cū
cæteris legibus teneri:& earum pariter operarium eſſe. Verum ſci-
re oportet quali collatione,ſe ipſum cōmunioni mortalium com-
mendet:aut in quo locandus ſit ordine,ſuum ipſum inter opifices
poni·quemadmodum Thychæum?inter coquos,ut Mithecum·
Inter oblectatores hominum · Vt phrynonem·inter ſcurras·ut
Philippum,inter populi duces·ut Cleonem·an potius eum extra-
nem aliquē,ſine tribu·Lareq; cenſebimus? Dices eum minime im-
munem operis eſſe. Non tamen ſatis cognitum habere·cuiuſmo-
di id ſit. At ipſe declarat·quietem inquiens ago,mecumq; ipſemet
exiſtentia conſidero,& ueritate ſaturor,ſum. Nimirum beatus ap-
pares qui tantum tibi comparaueris ocii: Vt nauem· nequaq̄ eo
propoſito inſcenderis·ut uices uel gubernatoris uel remigis age-
res· Vt ue una cum Cæteris nautis concurſans· laboranti ſuccur-
reres naui. Quid dura hęc officia narro? quando neq; ita expedi-
tus exiſtis:ut uelis tractandis · rudentibus manum apponere,aut
ſaltem remos in tranquillitate cōtingere. Sed potius is ſis·qui te-
mere iacens:uectuſq; pręmas nauem ut incōmodum onus. An
An putas Ciuitatem minus,egere eorum efficio·per quos ſalutē ſuā
conſequi poſſit? q̄ nauem in freto. Opinor multo plus opis,terra
ipſa deſiderat:q̄ mare: In qua uidelicet puſillum eſt:quod operam
impendit. ſarcina autem ferenda per grandis, Ciuitas.n.res eſt

compoſita penitus ex cooperantibus ciuibus cunctis. Quę perinde ac corpus, cuius neceſſitas multiplex eſt, ac multiplex obſequium requirit: niſi ab uniuerſis ſimul partibus obſequium accipiat, ſalutē ſuam tueri minus poteſt. Ferunt pedes, manus miniſterium exercent: aſpiciunt oculi, audiunt aures. Cæteraq; (in quibus immorari oratio non debet) peculiare aliquod officium impēdunt. Quod ſi uelit Phryx ille Eſopus fabulam cudere. Quod pes infenſus reliquo corpori laborem tam grandis ſarcinę ferēdæ detrectaret: quantam per diu impoſitā ante geſtaſſet: ac propterea reuocare ſe ad quietem, atq; ocium uellet: uel dentes itidem irati eſſent q cibum molerent, unde tam multa caro aleretur. quare repudiato cōmuni officio, mallent rem propriam curare. [fabula Esopi] Si utrũq; ſimul id fieri contingat: quid nam aliud fabula efficiat, q̄ totius hominis tabem? Tale igitur malum cōmunioni accidit ciuili. Nam ſi unus quiſq; ignauia uendendi dimiſſis importationibus ex cōmunione cōmertii in otium ſe referat: quid nam prohibeat ciuitatē uniuerſā diſſolui, deſtruiq;. Edificiũ firmiſſimum robur ex lapidibus coherentibus inuicem, deuictiſq; ordine cōſtat, ac diutiſſime permanet: Quicquid harmonico huic cōplexui dextraxeris, uniuerſum edificium diſſoluet. Tu uniuerſam mortalium uitam, a coherentibus ſuis partibus, ſalutem non putabis accipere? Quarum ſi quæ ſe ab negotio auertent, carũ nulla habetur ratio: Therſites ordinis proprii deſertor, mœrorem nullũ græcis incuſſit: At Achilles exæſtuans ira, dum in tabernaculum abditus, quietem atq; otium ageret, citharęq; ac cantilenis operam daret: græcorũ exercitum, multis imbuit malis. Ita. n. natura eſt comparatum, ut ex quo preſente beneficiũ capitur: eo uiciſſim diſcedēte: neceſſaria iactura ſentiatur. Quam ob re. n: hic qui contemplationem ueritatē, atq; otium amplectitur: quis nam alius eſt, q̄ ſapiens uir, ac ualide mentis? Quid igitur. Nun qui gubernādi eſt peritiſſimus loco ceſſerit imperitis. Aut imperio ceſſerit Imperator illis, qui artis imperatoriæ ſint ignari? Quid uero hoc etiam dignitatis afferre poſſit: ubi qui ueritatis ſcientiam habeat, theſaurum inertem in fæcundum infructuoſumue animo paret, ex quo neq; ipſe beneficium capiat: neq; conferre in quenq̄ poſſet: Niſi forte auditus eſt

pulcher: propterea ꝙ audire poſſimus, non autem ut per eum intelligentiam cõſonantiæ ac uocis habeamus: uel uiſus pulcher: ut uidere poſſimus, non ut per eum ad ſolaris lucis aſpectum accedamus. Diuitię præterea ideo bonæ, ut eas habeas depoſitas humi, otioſum & inutilem theſaurum. Nam quæ ſit utilitas a ſcientia, ſi feriatus ab actione: ſcias ad quid utilis ſit ſcientia: Quem fructũ medico ſuppeditet ars: niſi ſecundum artis præcepta: ſanitatem inducat? Quam utilitatem ſtatuaria Phidiæ pręſtet: niſi eam optime norit, et ad ebur & ad aurum applicare? Sapiens ſane erat, & Neſtor: uerum patet ſapientiæ fructus: In quo conſiſtit exercitus ſalus, ciuitatis tranquillitas, obedientia natorum, populi uirtus, Vlyſſes ſapiens, patet opera eadem terra mariq;.

Qui mores hominum multorum nouit & urbes:
Qui reditum in patriam, ſociis uitamq; redemit.

Pręter hos ſapiens etiam Hercules: haud is qui ſibi ſaperet ſoli, uerum, qui ſapientiam propriam per uniuerſam terram, ac mare propagauit. Is enim ſubſtulit feras, Is tyrannos ad ſanitatem mentis redegit. Is homines ex ſeruitute in libertatem uindicauit: libertatem legibus muniuit. Iuſtitiam fundauit. Inuentor legum, Caſtigator uerborum, Moderator actionum. Is ſi uitã ab laboribus abducens, eam in quiete, atq; otio cõſtituere, ſapientiamq; ſine negotio ſequi maluiſſet. Herculis loco ſophiſtam haberemus, Nemoq; illum auderet filium Iouis appellare. Nam nec Iuppiter ipſe otium agit: qui ſi eſſet feriatus, ceſſare etiam cogatur & cælum ab agendo circuitu. Ceſſet item nutrire & tellus: fluere amnes, pelagus excipere, ceſſent uiciſſitudines anni, ſortiri munia parcæ, Canere muſæ, ceſſent præterea hominum uirtutes. Animaliũ ſalus, procreatio fructuũ. Vniuerſus deniq; orbis ab errore diſtractus, confuſionem ſimul ac perturbationem incurrat. Iouis negotium indefeſſum penitus eſt, cõtinuũ, ac uigilantiſſimum: quod nunꝙ aut deficiat, aut etiam ab opere recedat, perennem enim ſalutem uniuerſis rebus effundit. Idem facere Reges optimos ſibiq; perſimiles monet in ſomnis.

Non noctem penitus totam decet eſſe ſoporum,
Cuius conſilio populuſq;, ac multa regantur.

Hoc qui intueatur philoſophus·minime imitabitur Iouem. Her-
culem. Reges·ac principes·probos:ſed potius uitam ſequetur ho-
minis in ſolitudine nati? unus cetum hominũ oderit? Cyclopeæ
potius uitæ,q̃ humanæ ſectator: Nam ſolitarii Cyclopes·cum tri-
ticũ atq; ordeũ ab ipſa caperent terra: nunq̃ tamen uel arbores
ſeruerunt·uel humum aratione exercuerunt. Verũtamen cum li-
berorum mulierũq; educandarũ curã aliquam gererent·non om-
nino negotiũ aliquod non obibant. Omnino aũt extra negotium
eſſe·ad quem potius q̃ ad mortuum pertineant? Enim uero ſi ne-
gotiũ uirtute uacuũ eſt·haud turpiter uirtutẽ ſequentes·negotio
carebunt. At ſi uirtus hominis non in uerbis, ſed in actione in ip-
ſa negotiatione cõmuni·atq; uſu politicæ uitę conſiſtit: ea ipſa ſe-
quenda homini ſunt·quibus uirtutẽ compręhendere poſſit. Nam
uitium paſſim capere eſt·ut ait Boetius poeta.

¶Virtutem ante ipſam ſuperi poſuere laborem.

Ni mirum pulcher erit athleta: qui ſine ſudore coronari cõtendat?
At uero eum·qui negotiũ capeſſit·uel pericula·uel damna·uel in-
ſidię uel inuidia·uel exiliũ·uel nex,uel ignominia ſequentur. Age
igitur ſi gubernator nauis ea cogitatione deterritus eſſet·q̃ naui-
gandi negotium lubricum foret·periculis·laboribus·incertitudi-
ne·uentis ac tempeſtatibus refertum. Si eadem permotus·Impe-
rator incertitudinem bellicæ fortunæ·quæ ęqualitatem diſcrimi-
nis·uoluit utrobiq; eſſe cõmunem·proximamue mortem formi-
daret·Quid nam impediat: quin ex hac ratiocinatione nauigatio
funditus intereat? libertaſq; dumtaxat ĩ ſomnis habeatur? uniuer-
ſa deniq; hominũ uita·minime differat a uermibus ſubmiſſione·
ignauia·ac formidine oppleta? Sardanapali uitam narras·Epicuri
uitã effingis: At Cyrum Sardanapalo ſtatuamus aduerſum. Aſſy-
rio uidelicet Perſam: qui cũ poſſit in otio degere·& in tranquillita
te uiuendi permanere: maluit per laborem·ac militiam,per tolerã
tiam ſitis·ac famis·per diei ac noctis fatigationẽ continuã·aſſerere
in libertatẽ perſicũ genus. ¶At quẽ aduerſus·Epicurũ ſtatuemus?
nimirum græco homini græcos oppido multos·Ex academia
uidelicet·Platonem: ex exercitu Xenophontem: Diogenem ex
ponto. Plato igitur unius hominis amici exulis·ac minime diuitis

ictus/Anitos multos/Melitos/expugnabilem arcem.

VITAM CONTEMPLATIVAM, MELIOREM ESSE ACTIVA: VI:

Bi conſtituto Iudicio reus agitur, nimis utiq; oneroſus
erit is Iudex: qui minime æquabiliter/ utriq; dicendi pro
ſe locum aſſignet: In hoc potius tyrãnũ/ q̃ iudicẽ ſe præ/
bens. Nunc itaq; (tam & ſi forenſia iudicia calculis/ ac fortuna
gubernentur) qui modus a philoſophiæ cõſuetudie abhorret: tũ
quia apud hanc quoq; ratio rationẽ redarguit/ amicus amicum:
quęſtioq; ipſa ueritatẽ uenatur/ac huiuſcæ ueritatis probatio ſpe/
ciem Iudicii gerit: Age demus hodie operam alteri ſermoni/ defen-
ſionis pa̧rtes capienti/ac propterea ſiſtamus/ tanq̃ iudicibus/ merũ
naturæ ſpeculatorẽ / qui accuſationi reſpondeat. Accuſatio autem
talis/aut talis ſimilis eſto. Anaxagoras Clazomenius/ Clazome/
niis iniuriã facit: qui cum genitus ſit in terra/ac ciuitate Clazome-
nia: conſors præterea ſacrorũ/ceremoniarum, legũ/ educationis/ cæ
terorũq; oĩum: quę ẽt reliquis Clazomeniis cõmunia ſunt/eos ni-
hilominus tanq̃ feras aliquas fugit: neq; ſe cæteris Clazomeniis/
aut in contionibus/aut in Dionyſiis/aut in iudiciis/aut uſpiam mi-
ſcet/ Verũ q̃tũ ad eũ attinet: uaſtitati addicitur ager/ ſolitudo occu
pat lares: cum apud ſeipſum ſolũ diuerſetur/mirabilemq; philoſo-
phiã ſurſum/ac deorſum uerſet ac ſcrutetur. Et accuſatio quidem
ita ſe habet. Reſpondet Anaxagoras hoc modo. Longe abeſt uiri
Clazomenii, ut iniuriã ego uobis ullam intulerim: quippe qui mi-
hi ipſe cõſcius ſũ: neq; unq̃ fortunas ueſtras/peccato aliquo meo/
minores effectas: neq; quantũ opera mea fieri potuit/ ciuitatem
Clazomeniã obſcuriorẽ inter cæteros græcos redditã eſſe. Præ/
ſtare etiã me ipſum puto in cõmertiis priuatis/minime uel mole/
ſtũ uel iniquũ, legũ præterea adminiſtrationisq; ciuilis / a quibus
ornamentũ uniuerſa ciuitas capit/minorẽ ciuibus aliis/rationẽ nõ
habeo. Sequitur ergo/ut qui uobis iniuriam nõ facio/ſi idem ipſe/
in cottidianis propriis ſtudiis/in q; eligendo habitu uitæ / iudicio
fallor: abſolui penitus debeam ab accuſatione/ cõmuniter læſæ ci/

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uitatis: uoſq;, in que me ipſo ac propriis rebus abuter: nõ quidẽ accuſatorẽ conſtituere: Sed potius præceptorẽ præbere debeatis. Exponã enim uobis integrã cauſam meã omni depoſito rubore: q̃q̃ præclare intelligo: patefacto propoſito meo: obnoxium ſubinde me fore: qui a uobis irridear. Ego rei p.uires cõmunionẽ uiuendi claritatẽ operũ, uſum uiuendi oia hæc plurimi ĩ ciuitate fieri debere: noſſe me minime diffiteor: Neq; etiã illud ea ſcilicet ipſa in quibus conſtituta ſumma dignitas eſt (ſi quidẽ pro modo uirtutis decenter atq; honeſte tractentur) magnam utilitatẽ ei: qui ita utatur afferre. Vicissim uero qui illis abutatur: cũ & debilitare: & oĩno proſternere: quin neq; ẽt ſinere improbitatẽ ut ſuã, qualicũq; ille exiſtat inquinatus, tegere poſſit. Poteſtates namq; uiros cõſpicuos efficiunt: Quorũ geſta quantũ ab honeſtate deſciſcunt: tantũdẽ uitia produntur in apertũ. Quiſquis igitur bonã præditus mente atq; conſilio fuerit: Js cum ſplendorẽ atq; exiſtimationem in tuto collocauerit: ſolidos iã e ciuili facultate percæpit fructus. Qui uero inops mentis atq; ignarus agrediatur ad ea negotia quibus ciuilis utitur facultas: Hunc proculdubio oportebit ignoratione artis ac inſtrumentorũ copia grauiter labi. Hæc ego mecũ reputans: contemplationi potius mihi uacandum eſſe exiſtimaui. Verũ ſicut latere non potero ſi indignus ad rem publicã accedẽs grauiter in eã delinq̃. Ita neq; uobis eſſe propterea iniurius putandus ſum, quod a publicis muneribus abſtineã. Neq; uero ſi uiſſu ueſtro ſuſcepturus ordinẽ eſſem inter eos qui concinũt in choro iniurius habendus ſim: ſi antequã eruditã uocẽ haberẽ: minime uellem me in miſcere canẽtibus Ea propter haud ita curaui: quẽadmodũ uillicũ negotiũ meũ bene ſe haberet. Cõſtitui namq; eã uitæ ingredi uiã: ex qua ſciẽtia animo aduenie ns. tamq̃ oculis lux reliquũ iter tutiſſimũ præſtaret. Hæc autẽ lux in panathenaicis (quos dicimus) ludis cõparari nõ poteſt: neq; uiæ ad eam ferẽtes nugæ ſunt: aut deliramenta uerborũ: non uillicæ curationes: non forenſia ſtudia: non popularia cõmertia: Verũ amor ueritatis: atq; exiſtentiũ rerũ ſpeculatio, ſtudiũq; quod huic negotio ĩpendatur. Igitur cũ in hanc uiã me dederẽ: ducẽtibus rationibus parui: inq; obſeruandis ueſtigiis uiæ cõſiderationẽ poſui ſummam. Res itaq;

meę ita ſe habent. Quod aũt ita me gerens optime ac iuſtiſſime
rebus ueſtris proſpicio: rationem in pręſentia afferam. Res.p. con-
ſeruari deſiderat: non (me Hercule) in eo ut habeat mœnia firmiſſi-
ma: ut integra naualia: nõ item ut naues, paratam habeant nauiga-
tionẽ: ut porticus, ut luci: ut gymnaſia: ut phana: ut theatra inſtau-
rationibus ſeruentur: Quibus ſi uel hoſtilis iniuria: uel ignis: uel
aliqua alia calamitas parcat: ea nihilominus tempus abſumat: Ip-
ſam ego rei.p. ſalutẽ intelligo conſiſtere in compoſito more ciui-
tatis: atq; eius adminiſtratione decora. Quæ quidẽ nequaq̃ aliter
effici poſſunt: q̃ optimarũ legũ miniſterio. Optimas leges cuſtodit
utentiũ uirtus. Vtẽtiũ uirtus ab ratione exoritur: ratio exercitatio-
ne cõualeſcit: exercitationẽ perficit ueritas: ueritas non niſi potiũ
quod in ea aſſequẽda ponatur haberi poteſt. Haud enim aliud in-
ſtrumentũ apparet: quo uirtutẽ cõprehendere poſſimus: præterq̃
uerisſima ratio: a qua exacuitur animus & accenditur. Quo fit ut
accenſus ea diſcat: quæ nunq̃ alias uiderit: quæ didicerit ea, & fide-
liter cuſtodiat: cuſtoditis utatur: utens nunq̃ labatur. Hic eſt pro-
poſitus fructus his: qui diſciplinarũ ludos, ſcholaſq; frequentant:
qui ueritatẽ aſſiduo meditantur: qui rationẽ arte uenantur: eamq;
efficiũt ualidã: qui animũ inſtruunt: qui probitatẽ plurimum exercent.
Aut igitur nihil hæc ad aſſequendã pulchritudinẽ conferũt:
aut conferunt quidẽ: non tamẽ uel diſciplina uel exercitatione tra-
duntur: ſed potius caſu temereq; ultro nobis adueniunt: rem pro-
fecto: quã ſcenã appelles: grauiſſimaq; accuſatione perſequare. Si
uero nemo unq̃ ita inſanit: ut id contendere audeat: cauete o Cla-
zomenii, credere: q ueritas: ualida ratio: uirtus: ſcientia legis ac iu-
ſtitiæ comprehendi aliter poſſit: q̃ proprio quodã negotio: quod
aſſequendis illis animus ĩpendat. Neq; (me Hercule) facilius: q̃ ſu-
torẽ optimũ fieri eũ, q̃ nunq̃ ſutoria tractauerit: aut ærariũ fabrũq;
qui circa caminũ: atq; ignẽ minime aſſiduus fuerit: aut guberna-
torẽ nauticæ artis expertẽ: Quorũ igitur negotium in huiuſmo-
di cura uerſatur: tantũ abeſt, ut iniuriam uobis inferamus: ut ſi re-
pudiato eo uaſtitas: ac ſterilitas quædam animũ occupet: ob eam
maxime cauſam: accuſationi: & quidem grauiſſimæ: obnoxii eſſe
debeamus. Ab his igitur cauſis fieri puto: ut noſtra hæc iuſta

mul & uerissima ſint. Hæc habui uiri Clazomenij: quæ uobis ad obiecta reſponderem: de quibus æquũ eſſe exiſtimo uos nequaq̃ præpropere calculũ ferre: ſed potius ſtatulã interponere moram: donec eorũ oĩum: quæ in mediũ attulimus, mecũ ſpectatores effecti, propriis ea oculis cõprobare poſſitis. Vt ſi quidẽ in his utilitas aliqua appareat: re ipſa edocti ab accuſatione me liberũ eſſe iubeatis. Sin ſecus uos calculũ pro uolũtate animi ueſtri feretis. Nos uero, tũc deniq; ſerio ac grauiter cõſultabimus.

Et ita dicente Anaxagora, cauſamq; ſuã his rationibus h tuente, Clazomenios nihilominus credere par eſt ab riſu nequaq̃ temperaturos eſſe: apud quos, plus accuſatio q̃ Anaxagoras fidei haberet: Nec propterea Anaxagoras ipſe minus uera locutus fuerit. Tametſi eorũ ſententiis condemnetur. Sicubi uero gentium extiterit Iudex minime creatus fabarum ſuffragiis: ſed doctrina, quæ ſola nimirũ creandis iudicibus uera cõfert ſuffragia: apud hunc non tanq̃ iniurius homo ſit, accuſatuſue iudicio partes ſuas tuebitur: uel Anaxagoras Clazomeniis, uel Heraclitijs Epheſi: uel Pythagoras in Samo uel Democritus Abderæ uel Colophõe Zenophaes, uel Parmẽides Eleæ: uel Apolloniæ Diogenes, uel alius quiſpiam beatorũ illorũ uirorum. Sed potius æquiſſima diſputandi perſuadendiq; accepta facultate: Apud ſapiẽtes ſapienter, apud fidos fideliter, apud diuino ſpiritu afflatos, diuine loquetur. dicetq; animam hominis in tres potẽtias, tria loca, tres naturas diſtributam eſſe a Deo, qui tanq̃ ciuitatem aliquam conderet & ad conuictũ cõgregaret, principem ipſum ac Ciuitatis conſultorem cõſtituit, in arce, ſolumq; illi ratiocinandi munus aſſignauit. Alteram autẽ animæ partem, in qua uigor, efficacia & aptitudo quædam ineſſet perficiendorum conſultorum uinculo quodam obſequii: quod explendis mandatis impendere deberet, cum principe ipſo, conſultoreue coniunxit, ac miſcuit. Tertiam deinde partem, quæ iners, quodammodo multitudo dici poteſt, petulans, ſordida, referta cupiditatibus, cupidinibus, uoluptatibuſq; diuerſis. Tertio in ordine ueluti plebem ignauam, multiuolam, multis affectionibus obnoxiam, ac furioſam locauit. Hoc igitur modo diſtributione animæ facta, iuſſaq;

uniuerſa ſimul ea munia obire quibus regendus eſt homo. fieri uix poteſt: quin inter partes ita cõpoſitas altercatio unq̃ oriatur. Id ipſum proprie malum quod ciuitates uexare cõſueuit: Quarũq; beatiſſima eſt gubernationẽ regiam aget cedentibus nimirũ reliquis partibus ei: quæ ad principatũ moderandum genita ſit. Quæ uero huic fęlicitate inferior ſecundaq; eſt: ea aliquorum potentiam: qui coniunctim pro principe ſe gerunt. Ariſtocratiã: id eſt optimatũ potentiã appellans: Regia quidẽ deterior eſt ſed Dimocratia idest populari potentia melior: firma profecto & in actionibus efficax conſtitutaq; inſtar uel Lacedemoniæ uel Creticæ uel Mãtinę uel Pelleneæ uel Theſſalicę rei publicę ambitioſa uidelicet contentioſa altercatoria curioſa ad agendum parata confidenſq;. Tertiũ Rei p. genus: ſpetioſum nomẽ Dimocratię: ideſt popularis potentiæ accepit. Sed uerius ochlocratia quod eſt potentia plebis: dici poteſt: Imitaturq; uel Athenienſiũ uel Syracuſanorũ uel Mileſiorum Rem. p. uel aliam quãpiã: cuius robur in multitudine uigeret: multitudo non eadem ſentiret: petulans eſſet: ex colluuiõe undequaq; cõglobata. Tribus igitur rei. p. formis conſtitutis: ſingularum imagines: intueri in anima hominis eſt: In qua ſuppremum genus: quod ſpeculationẽ ſuſcipit: principem ac ciuitatis cõſultorẽ imitatur: expeditũ eſt a negotio atq; opere. Secundum genus: cui ſecundus honos: ac cõmendatio debetur in actione ipſa conſiſtens: dicitur actiuũ: Tertiũ uero genus facile dignoſcitur: quemadmodũ popularem potentiã reddat. Frequenter enĩ eiuſmodi genus occurrit. uniuerſamq; animã depaſcitur: atq; ideo ualere ſinendũ ſegregandũq; ab optimo eſt. Ipſam ſpeculationem cum actione conferre oportet: ꝙ ſcilicet: utraq; pulchritudinẽ aliquã obtineat. Vtra igitur præſtabilior erit? Reſpõdet ratio. ſi utilitatẽ cõſideres: præpones actionem: ſi cauſam unde pulchritudo ipſa in actionẽ deſcendit: nimirũ anteferetur ſpeculatio. Nos uero alterã alteri fœdere quodãmodo cõciliare ſtudentes: dicemus ĩ diſtribuendis ſupradictis animę potẽtiis atq; habitu uitæ: cunctos mortales uel naturæ uel ętatis uel fortunæ habere rationẽ oportere. Natura enim alter ab altero differt. Nam qui minime ualidus eſt ad gerendum negotium: ad obeundam ſpeculationem

expeditum nactus eſt animum. Contra qui ſpeculationem non ſuffert: acriter agit. Aetas etiam differentiam inter homines facit. Iuuentutis enim negotiū eſt (ut ait Homerus) & a nobis probatur. Iuuenem omnia decent. philoſophus in iuuentute negotium gerat. oret. Rem.p. capeſſat. militet. ſperet. Nam Platonis in Siciliā curſus. labores. ſtudiaq; propter Dionē ſuſcepta. opera fuerunt iuuētis iuuētutis. Vergens ad ſenium ſuſceptus ab Academia eſt. ab ocio profundo. ab optimis litteris. ab ſpeculatione minime labili eius exitus uitæ: in uirtutis ampliſſimo campo conquieuit. Amo Xenophontis iuuentutē in opere. ſenectutē in litteris uerſari. Differt præterea quis ſecūdū fortunā: quæ aliū poteſtate atq; actionibus ſepſit. aliū ad otium quietēq; leuiſſimā. Quorū alterū laudo: qui cū neceſſitas poſtulat uirū ſe gerat. Alteru haud tantū laudo. ſed cenſeo beatū: ideirco beatū q otio fruatur. laudandum uero ob notitiam rerū. Sed & eū q ex Europa nauigauit in Aſiam ut Egyptiā terrā ſpectaret: ut uideret oſtia Nili. Pyramides excelſas. aues peregrinas. bouē. hircūq;: ob carū rerū ſpectaculū cēſuerim beatū: ēt ſi acceſſerit ad Iſtrū. ſi uiderit Gangē. ſi proprius oculis Babylonē: ſi Sardiū amnes ſi Ilientia ſepulchra: ſi terra helleſpōticam inſpexerit. Sic & ab Aſia claſſes in græcia tranſmittunt. uel ad Atticas artes uel ad animoſitatē Thebanorū uel ad Argiuorū regionē peruidendā: Homero uiſus eſt ſapiēs Vlyſſes. propter lōgitudinē erroris.

Qui mores hoīum multorū uidit. & urbes.

Vlyſſis ſpectacula Thraces fuerunt. Cicones feri. Cimmerii ſolis expertes. Cyclopes perignnorū occiſores. uenefica mulier. Inferni ſpectacula. Scylla. Charibdis. Alcioni hortus. Eumei ſtabulum. mortalia oīa. momentaria omnia. a fide abhorrentia oīa. At philoſophi ſpectaculū ſcin: cui maxime ſimile duco? in ſomnio nimirū manifeſto. ac circūquaq; uolitanti: cuius integro corpore manētes aius tamē in uniuerſam terrā excurrit: ex terra effertur in cælū: uniuerſum mare pertranſit: uniuerſum puolitat aerē: terra ambit cum Sole. cum luna circūfertur. Cæterorū aſtrorū iungitur choro: minimūq; abeſt: quin una cum Ioue cuncta: gubernet: atq; ordinet. O peculationē beatā: o ſpectacula pulchra: o ſōnia uerīſſima

VTRVM RECTE PLATO DE CIVITATE SVA EXPVLERIT HOMERVM. VII.

ſ YRACVSANVS olim ſophiſta pfectus eſt Spartā
minime quidē paratus elegantiam orationis Prodici red
dere: uel Hippiæ uaniloquentiam uel rhetoricē Gorgiæ
uel uiolentā Thraſymachi: uel aliū quēpiam: qui eloqutionis ne
gotiū tractaret: At huius ſophiſtæ ſtudium eo tendebat: ut confi-
ceret opus: quod uoluptatem haberet: una cū utilitate ipſa tempe
ratā: Quippe qui cōcinnandis dapibus: ita operam daret: ut eſcas
acceptas: ratione cō dimentorum temperamento: uarietateq; atq;
ignis miniſterio ueſcentibus iucunditatem prębentes: meliores
multo q̃ pro natura propria efficeret. Quāobrem clarus habeba
batur Mithecus apud gręcos: atq; adeo in cōſtruendis dapibus
clarus: ut eam dignitatem: quam Phydias a ſculptura ſumpſiſſet
exęquaret. Acceſſit autē Mithecus ad Spartanos: quo tempore I
principe ciuitate exercentes imperium generoſe admodum do-
minabantur conſequi ſperās ut ars ſua propter quā clarus apud
cæteros eēt: apud Spartanos quoq; exiſtimationē acciperet. Quod
tamen contra cecidit. Nam Lacedemoniorum magiſtratus homi-
nem uocantes: illico migrare eum e Sparta in aliā terram: atq; ad
alios homines iuſſerunt: Cum diceret ita aſſuetos Lacedemonios
eſſe: ut eis potius labor: q̃ lenocinium dapium edendi deſiderium
exciret: quippe qui in curandis corporibus: nullis illecebris: ſed
potius ſimplicitate uictus utentes: ea nihilominus q̃ Leones a co
quinariis blandimentis libera haberent. Itaq; in eum locū abiret:
ubi coquinariæ habitus honos: ob uoluptatem atq; utilitatē: iure
artifices etiam ſuos cōmendaret. Quo circa decedens Mithecus
e Sparta: ſecūq; artē ſuā exportās non propterea minus libenter
exceptus eſt a cæteris græcis: qui indulgentes uoluptati: complexi
hominem ſunt: nequaq̃ cum Lacedemoniorū exemplo: a quibus
inhonoratus abiſſet: contemnentes. Vtamur & imaginibus aliis
ſi expedire uidetur ad prçſentem ſtruendū ſermonē arte pręſtabi-
lioribus Mitheci. Thebani tibiarū ſtudiū habēt: eſtq; uniuerſæ
Boetiæ uernacula muſa: q̃ modulatiōe tibiaꝝ delectat. Athenienſes

eloquẽtiã exercẽt:quoꝝ ſolertia nihil aliud ſpectat, ꝗ oratorię cultũ:Inſtitutões creticæ i uenatõibus,i mõtãis itíeribus i iaculãdo, curſendoq; conſiſtunt Teſſaliæ in equitandi peritia habẽda, Cyrenei agitant currus.Etoli graſſanſ:Iaculantur Acarnanes:Thraces in utendis bene peltis, operam ponunt:Nauigant iſulani: Et ſi multarum nationum diſciplinas ad alias nationes trãſferre uolueris, labefactaueris artes:Nam quid mediterraneo cũ nauibus? Quid muſicæ inexperto opus eſt tibiis? Quid mõtanis opus eſt equis? Quid curſoriis circis incolentibus plana? Quid arcũ grauis armatura requirat? Quid ſagittarius ſcutum? Si igitur uariæ gentes peculiaribus artibus gaudent:quæ uel quadrãt utẽtium ingeniis uel earum ab initio amor etiam genuit ſtudiũ.Neq; res per ſe quęlibet omnibus,iccirco uel eſt in pretio uel contemnitur:propterea quod quibuſdam, ſed ex utentium cõmodo probatur ac placet. Quid ꝓhibet pulchræ huius rei.p.ciues: quos inſtituens Plato legibus nouis, diuerſiſq; a cæterarum gentium moribus degere iuſſit,rationẽ aliam ſequi:eoſq; demeſticis quibuſdam ac legitimus ſtudiis teneri? Quæ teneris inoleſcentia ingeniis pro utentium uſu exiſtimationẽ ſumpſerunt. Neq; tamen apud alios probantur:propterea ꝙ minime cũ ſuis moribus conueniant. Nam ſi ciuitatem cum ciuitate: Ciuilem iſtitutionem cũ inſtitutione ciuili leges cũ legibus, Educationem cum educatione cõferamus: Nimirum rationẽ aliquam habebimus inquiſitionis huius noſtræ ducendę per quam propoſitorum cõparatione inducta,ſingulorũ defectus teneamus.Sin uero ex quodam uniuerſo propoſito abſciderimus partem:eamq; per ſe abſq; eo. qđ compareturad aliam perpendere uelimus, inq; ea perpendenda teſtibus uti uel eiuſdem habentibus uſum, uel etiam minus habentibus:penitus fietut nõ ſolum ea (quam dicimus) pars: ſed cætera oĩa quibus mortales utuntur ſeorſum a comparatione inſpecta indifferenter æqualem ſiue approbationẽ ſiue improbationem aſſequeretur ut ꝙ propter multitudinem iudicii in errore uolutentur.Etenim cibi medicamenta,regulæq; ipſæ uiuẽdi: uniuerſa deniq;, quæ uſibus mortalium miſcentur:minime oĩa omnibus eodem ordine reſpondent. Verum eadem res interdum ali

quem iuuit/aliquem læſit:aliquem gaudio/aliquem moleſtia affe-
cit:leeirco q̄ ſingulas has/uel modus utēdi uel oportunitas tēpo-
ris uel uitæ ſubiectū:aliis,atq; aliis diuerſas oſtendit. His itaq; ſe-
ſe habentibus, murato ſermone/rurſus cōſideremus Homericam
cauſam,& quidem æquiſſime fugientes illorū exemplum:qui pro-
pterea quod delectantur Homero,Platonē oderūt/ uel illorū/qui
Platonē admirantes ſuccenſent Homero/Quando inter alterius
atq; alterius factum / nihil interſit : ſed maxime liceat ſimul/
& Platonem laudare/& Homerū admirari : Licet aūt hoc modo
Plato rempublicā ſuā ſpeculatione quadam mentis magis exqui-
rit: q̄ ut creticā aliquā:aut Doricā:aut Peloponēſiā: aut Sicilien-
ſem/aut (medius fidius)atticam inſtituat. Qui ſi uel has/uel ha-
rū perſimiles formet:tantum abeſt/ut unius indigeat Homeri: ut
etiā prius in eā uocare cogeretur Heſiodū/atq; Orpheū:quālibet
præterea antiquā & poeticā muſam: ad mulcendū iuuenum aīos
idoneā,eoſq; regendos/qui conſuetudine,atq; illicio poeticæ uolu-
ptatis allecti/ ſimul cum ea ueras haurirent rationes , perblandæ
poetice inſertas. Verū id ſequitur Plato/ut Ciuitatē inſtruat/ & rē
publicā formet/quæ ratione penitus conſtans/magis reddat abſo-
lutā aliquam formam : q̄ quę mortaliū uſibus occurrat. Qui
modus ſeruari a ſtatuariis ſolet pulchritudinis flores undecunq;
decerpentibus / eoſq; ex diuerſis corporibus collectos , artificioſe/
uſq; adeo miſcentibus:ut eorū imitatio de uariis exēplaribus ſum-
pta/unam tñ pulchritudinē pariat/eamq; integram/ perfectam/ac
decore ſibi ipſi reſpondentē.Neq; unq̄ inuenias corpus pulchritu-
dinis adeo abſolutæ/ut ad ſimulacrorū præſtantiam accedat/ſcili-
cet extremā illam pulchritudinē appetunt artes. At rerum pñtia
coltidianuſq; uſus artibus ipſis/īferior multo ē.Ego.n.ita opinor/
ſi contingat/eā hoīes facultatē accipere:per quā carnē ueluti ma-
teriā quandā pertractantes:ex ea formare aliqua corpora / ſuopte
arbitrio ualerent/fore/ut opifices horū corporū/ pari ratione potē-
tiā terræ/ignis/eorūq; oīum temperantes:quę inuicem conciliata/
corporū conſtituunt naturam/ componerent(uti par eſt)corpus
nullis omnino/uel medicamentis/uel incantationibus/ uel obſer-
uationibus medicis obnoxiū.Horū igitur aliquis(ſi figulum au/

dias dicentem. Hoīes huiuſmodi, q ea ratione cōpoſiti eſſent: ut ne-
quaq Hippocratis curationibus egerent: oportere Hippocratem
ipſum coronatū uelleribus ac delibutū unguentis in aliū locum
emandare: ubi uigentes morbi, eius operam expoſcerent: et medi-
cinam honorabilem redderent. Si inq̄ hoc aliquis audiat, ac pro-
pterea ſuccenſeat figulo, q Eſculapii atq; Aſclepiadarū artē in ho-
noratā dimittat. Nōne erit merito ridendus eū accuſans: qui non
propter ignominiā medicinā expellat: uerū q ea ſuperflua ab il-
lorū corporum uſu, nec propter utilitatem neceſſaria ſit, nec pro-
pter iucunditatem expetenda? Quamobrem exiſtēti duplici cau-
ſa, quare uel Homerus, uel Heſiodus, uel quilibet alius ob harmo-
niā poeticam adepti ſunt laudem: q ſcilicet proſint, ac delectent:
Harum neutra facit: ut eorum carmina Platonis rei.p. conducant.
Horum.n. ciuiū utilitas ab educatione perfecta neceſſariiſq; dū-
taxat auſcultationibus pendet. proptereaq; repudiat penitus quic-
quid uel licentioſe, uel proprio ſenſu efficitur: uel etiā fabulas oēs,
quales pueri e matribus audire ſolent ab irrationali fama cōfictas,
tanq̄ aduerſas penitus ei Rei p̄. in qua uigere debet educatio dili-
gens. & aures ſupuacuis uerbis eſſe occluſæ. Neq; n. ſuſtinetur te-
mere quicq̄ aut in ea oriri, aut in eandē alicunde inferri: quod qui-
dē uel narratione, uel inſtitutiōe uel ludo Homeri deſiderū īdu-
cat: Jucunde ſimul ac magnifice opiniones de natura Deorum ex-
tollentis, animoſq; multorū eo propoſito inuertentis. ut ex humi-
li imaginatione depoſita in attonitionē deueniant. Id.n. agit poe-
ticus ſermo, quotieſcūq; in aures incidit praue inſtitutas. ut eas ſo-
nitu quodāmodo cōplens, minime reſpirare permittat: ad recipiē-
dos eos ſermones, quos temere circūferat uulgus: Sed doceat po-
tius poeticam oēm occultas introrſum ſignificationes habere: In
quibus (ut de Diis fas piūq; eſt) diuinas magnifice ſentiat. Vnde
autem humilitas ac negligentia omnis abierit: quid ibi huiuſce-
modi medicamentis opus eſt? Interrogatus Ancharſis ab homīe
græco: Num Scythe Tybiarum uſum haberent: Reſpondit, Ac
ne uitium quidem. Alia enim uoluptas aliam inuitat: quæ ubi ſe-
mel fluere ceperint, negotiū efficiunt: quod nec diuidi, propter co-
gnationem: neq; extingui: neq; etiam poteſt inhiberi. In quo unū

dũtaxat ſalutis modũ inuenias: ſi ſcilicet uoluptatũ fonte ſiccato-
tarũ ortum obſtruxeris: Ob eam præcipue cauſam res.p. quam cõ-
ſtituit Plato: minime, uel uoluptati, uel ſpectaculis, uel aurium titilla-
tionibus aditũ prębet. Si ergo poetice animos ad uoluptatem in-
ducit, a Platone in ciuitate nõ admittetur, multo aũt magis pro-
pter utilitatẽ. Mitto dicere reperiri apud hominũ genus, Res.p. ali-
quas: quas non ſpeculatio ulla effinxit, ſed actio ipſa protulit in
uſum, adfirmam ac legitimam uiuendi rationem. Ignorantes peni-
tus Homerum. Sero etenim Sparta poeticem recepit, ſero etiam
Creta, ſero id Doricũ genus: quod degit i Libya. Quæ tamẽ oẽs,
haud ſero laudem conſecutę ſunt: ſed ob antiquam uirtutem ma-
ture potius laudari ſunt cæpte: Nam quid cõmemorẽ barbaros?
omnino illi poeſim Homeri non didicerunt, & tamẽ apud eos uir-
tutẽ inuenias: ab Homeri carminibus deducta: Quę ſi quidem in-
ſeparabilis a carminibus eſſet: Illi ipſi, qui in theatris recitat ueiſus,
(genus hominum ſtultiſſimum) propter conſuetudinẽ artis in bea-
titudine locati uiderẽtur. Quod tamẽ haud ita ſe habet: pulchra
ſunt carmina Homeri: carminũq; pulcherrima & clariſſima cũcto-
rum: dignaq; quæ decantentur a muſis: non tamen omnibus pul-
chra: nec perpetuo pulchra. Nam neq; modulationibus muſicis:
una tantum conſtituta lex eſt: aut unum conſtitutum eſt tempus:
Pulchra in bello ea modulatio: quæ Orthria dicitur. pulchra in cõ-
meſſationibus paroenia: pulchra apud lacædemonios emuateria,
apud Athenienſes cyclia: pulchra in perſequendis hoſtibus, quæ
hortationis ſtimulos habet: pulchra in fuga, quæ receptui canit.
Deniq; muſa omnis iucundiſſima eſt: eius tamen utilitas, nõ ubiq;
omnibus eadem eſt. Homerũ ſi iudices in canendis fortibus uiris,
dũtaxat uoluptatẽ ſpectaſſe, eum in numerum redigas petulantiũ
ac debacchantium uatum. Qui ſecundũ uoluptatem cum eo cõ-
parati ſuperiores euadent, Homerũq; ipſum de oblectandi laude
deicias. Qui (& ſi dulcis eſt) pulchritudo tamẽ uoluptate firmior
eſt, eaq; non ad agit: ut captandarum oblectationũ oportunitatẽ in-
ducat, ſed potius expoſita eſt laudi. At laus a uoluptate ſeiũcta nõ
eſt, non tamen uoluptas proprie ipſa: Si uero propter uoluptatẽ
Homerica eo modo amplexemur: quo ſolemus tibiarium ac ner-

uorum modulamina expetere: nõ ſolũ e Rc.p̃.atq; a diſcipulis Platonis Homerum pellamus: uerum ex Lycurgi Cretenſiq; ciuitate: ex omnibus deniq; locis, ubi labores uigent cum uirtute coniũcti.

QVAE FVERIT AMATORIA ARS SOCRATIS. SERMO PRIMVS. VIII.

VIr Corinthius Eſchilus nõie, puerum habuit Acteonem, Doricũ adoleſcẽtulũ, egregijq; decoris. Huius amator erat Corinthius itidem iuuenis ex genere bacchiadarum. Bacchiadæ uero inter eius temporis ciues longe principes erãt. Adoleſcentulus itaq; moderatus effectus, procacem amatorem contẽnebat. Is nihilominus cũ Acteonẽ unà cũ cæteris bacchiadis iuuenibus uigiliis amatoriis laceſſeret, uino, tyrãnide, atq; amore cõfidens, ĩ eius domũ irrũpit. Dumq; hij Acteonẽ abducere ui tentãt: dum ex aduerſo domeſtici repugnant: diſtractus utriq; adoleſcẽs: inter eorum manus uiolenter exanimatus eſt. Quam ob rem factum eſt: ut Corinthij hoc facinus propter æquiuocationẽ adoleſcentium nominũ, cum Beotio illo ſimilitudinem haberet: Altero quidem ab canibus inter uenãdum, altero ab amatoribus p ebrietatem diſcerpto. Periander Ambraciotarũ tyrannus, adoleſcentẽ ſane ciuilem deperibat. Huius ardore, q iuſtitia atq; honeſtate careret: ad contumeliam magis: q̃ àd amorem accedebat: quo circa Periander ab licentia audaciam ſumens: in adoleſcentem debacchatus eſt, eiuſq; petulantia huiuſmodi fuit: ut ſimul Periandro cõtumeliæ amplius inferendæ poteſtatem eriperet: ſimul adoleſcentem ipſum efficeret ex cathamito tyranni interfectorem. Ea.ſ. pœna propoſita eſt amoribus iniuſtis. Vin alium modum exponam amoris honeſti: una ſaltem, aut etiam altera imagĩe depicti? Athenienſis adoleſcẽtuli duo fuere amatores: Alter priuatus: Tyrãnus alter: Illum conditionis æquabilitas iuſtum faciebat. Hunc uero licentia iniuſtum. At qui adoleſcentulus ille, uere pulcher amabiliſq; erat: atq; ideo deſpiciebat tyrãnũ: priuatum amplectebatur. Tyrannus itaq; ira incenſus, & utriſq; iniuriam intulit: & Harmodij ſororem in Panathenaica pompa incedentem, caniſtrumq; de

amore ſacri deferentem: cũ ignominia exegit. Quamobrem Piſiſtratidæ pœnam huius facinoris tulerunt: Athenienſiũq; libertas a contumelia tyranni/adoleſcentiſq; animo/ab honeſto amore amatoriſq; uirtute/initium ſumpſit. Epaminundas thebanus ab Lacedemoniis patriam liberat/ſtratagemate amatorio. Adoleſcẽtulorũ pulchrorũ cõplures iuuenes thebani amatores extiterũt: Hos Epaminundas/una cum amatoribus obarmãs/ ſacri eiuſmodi amoris ualidas/inexpugnabileſq; decurias ordinat: militum uidelicet conſertim ſe clypeis protegentium/ordine imperrupto: quales nec Neſtor ille imperatorum peritiſſimus cunctorum/apud Troiam inſtruxit: neq; in Peloponeſſo Heraclidæ: neq; peloponẽſii in Attica. Eo.n.illa res tendebat: ut neceſſe prorſus foret/ſingulos illos amatores uictoriam referre: uel æmulatione incenſos/ꝙ ſub amatoriũ conſpectum decertarent: uel neceſſitate coactos/pro amiciſſimis pignoribus pugnandi. Sed & adoleſcentuli amantium uirtutẽ æmulabantur/ueluti catuli quidam in uenatione antiquorum canum lateribus hærentes in curſu. Quorſum igitur dices Epaminundas/ Harmodius/oratioq; de amore iniuſto? ut ſcilicet/intelligas duplicem rem: cuius altera pars ad uirtutem feratur/altera habeat cum improbitate cognationem/ſuno homines nomine amorem appellare/eodem.ſ.modo/& Deum & morbũ nuncupantes. Ideoq; fieri ut amatores ſpurii: ob ſimilitudinem Dei/ac morbi impuritati/ſuæ fucum inducant: probi uero propter ancipitem affectionem/probitatem amoris multitudini nequaq̃ probent. Verũ ſicut in nũmulariis cõtingit: ut diſquiri ſcilicet oporteat: uter eorũ ſagacius a probabili nũmo adulterinum dignoſcat/eumq; qui probabilis ſpeciẽ tantum gerentem admittit longe arceamus ab arte: qui autẽ uerã notã cognoſcit/Hunc & artem callere fateamur: eodem pariter modo amatorium artem pulchri naturæ/ueluti nũmo cuidam admouere oportet. Vbi enim pulchri huiuſce apparet: quæ tamen pulchritudinem nullam habeat introrſum: Et ubi tam uerũ q̃ apparens oſtenditur pulchrum: quiſquis ſpeciẽ pulchri/uera pulchritudine carentem concupiſcit: Is neceſſe eſt ſpuriũ/atq; adulterinum amatorem ſe prodat: Contra/qui uerũ ſimul/atq; apparens pulchrũ ſequutur/erit amoris ueri legitimus amator. Quare his ita ſe ha-

bentibus diſcutere ac mēbratim conſiderare debemus amatoriam
rationē, amantemq;. Addendum etiā Socratē inſpicere quidnam
ſibi uelint: quæ de eo tantopere ſunt celebrata ſermonibus. Veluti
cum de ſeipſo ait Socrates, famulum ſe eſſe amoris: Albam item
lineam ad pulchros, aut artificem peritiſſimū. Sed & præceptores
artis aſcribit Aſpaſiam Mileſiam, Diotymāq; Mantineā: diſcipu-
los uult eſſe Alcibiadem magnū, ſpecioſiſſimū Critobulum, Aga-
thonē delicatū: Phedrū diuinū caput, adoleſcentulū Lyſim, Car-
midem pulchrum. Nullam præterea ipſe amoris ſui partē, cuipiā
uult eſſe celatum, adeo cū cūtis in rebus licentioſos uidetur imita-
ri. Veluti cū ei propter Carmidē ſubſilit cor, extumeſcitq; corpus:
cum Alcibiadem admiratur, Baccharumq; inſanit in amorē: cum
ad Autolycū quaſi noctu ad lucem oculos uertit. Deniq; cum ciui-
tatem ex uiris optimis condit, legeſq; ſancit: his qui præclarum ali-
quod facinus ederent in pugna minime aut coronas, aut ſtatuas,
aut græcas huius generis nugas præmiū ſtatuit: Verum ſtrenuo
huic obſculandū permittit, qui ſibi uideatur ex cunctis adoleſcen-
tibus pulcherrimus: O admirabilē mercedem. Ipſe autem fabulā
ſingens, amorē deſcribit aſpectu deformem pauperem: quaſi fortu-
næ ſuę perſimilem, diſcalceatum humicubum, inſidiatorē uenato-
rē, ueneficū, ſophiſtā, præſtigiatorē. Et ut in uniuerſū loquar, om-
nia ferme illi impingit: ex quibus ipſe in Dyoniſiis dicacitatem co-
mędoꝝ pertuliſſet. Hæc aūt cum diceret, quaſi in mediis græcis
domi, publice, in conuiuiis, in Academia, in piræeo: in uiis: ſub plata-
no: in liceo loquebatur. Et cum aliarū oīum rerū ſcientiam diffite-
retur, ut ſunt uirtutis rationes atq; opiniões diuinæ: In quibus ual-
de placere ſibi ſolent ſophiſtæ, amatoriā tamen ſubiens artem hu-
ius unius ſcientiæ, negotiiq; profeſſorem ſe eſſe, ac ſcientiſſimū fa-
tebatur. Quid quærit Socrates, lepore orationis? quid ſignificatio-
nibus occultis? diſſimulationeq; ſermonis? Reſpondeat pro So-
crate Plato, ſiue Xenophon, ſiue Eſchines: ſiue alius quiſpiam: qui
cū Socratis ſententia conueniret. At q non me tantum admiratio
habet: ſed etiam ſtupor: cur uir ille carmina Homeri ex admirabili
illa politia, iuuenumq; inſtitutione: una cum Homero ipſo depelle-
ret (ut eſt in prouerbio) uellere ornato, atq; unguentis poeta delir

buto haud aliam depulſionis afferens cauſam: q̄ ꝙ per licentiam
carminum Iunonem ac Iouem in Ida concūbentes inducit ab im-
mortali nube cōtectos. Q d itē Martis ac Veneris cōplexū. Q d
uincula uulcani. Q d potū riſumq; inceſſabilem Deorū enarrat.
Q uod Apollinem fugiētē Achillē perſequentē canit īmortalē ſ.
Deū ab homine mortali fugatū: Q uod plorantes deos effingit.
Me miſerū: ego ne Sarpedonē chariſſimū oīum uirorū. Iuppiter
ait. Thetis uero. Hei mihi ne ego infeliciter peperi. Alia præterea
multa, In quibus Homerus: & ſi ſignificationes abdidit tectas, ea ta-
men improbat Socrates qui nihilominus tantus ſapientiæ ama-
tor paupertatis cōtemptor: hoſtis uoluptatis: ueritatis amicus lu-
bricos adeo piculoſoſq; ſermōes colloquijs admiſcuit ſuis ut ſi cū
ēnygmatis cōparentur Homeri facile probent Homerū longe ab-
eſſe a culpa. Q uin ēt Socrates idē eiuſmodi figmenta audiens ca-
ni de Ioue. Apolline. Thetide. Vulcanoq; fingētis rationē cōiectat:
cuius aliud ſit quod pferant uerba: aliud qd ſignificet occulte atq;
ideo titillatiōe auribus cōceſſa: ſotiū i ope poetæ ſeſe adiūgit ima-
ginationē extollit ſermoneſq; cōfingit: fidē minime habēs. ſed tū
gaudens poeticis figmentis. Iā uero Socrates idē: cuius eſt ob ue-
ritatē maximū nomē: In qbus ueritatē abſcōdit paratius iter ſtruit
ad errorē. Iccirco ꝙ in ſermonibus ſibi conciliat fidē: ꝙ imitationi
facilitatē adiungit ꝙ in operibus ſui ſe diſſimilē prębet nec unq̄ ſi-
bi ipſe ſatis conſtare uidet. Q uid. n. tā diſtat q̄ amās a tēperante
q̄ formaꝝ admirator ab eo q redarguit demētes? Q uid ſimile ha-
bet amatoriæ Lyſiæ oratiōi aduerſam orationē cōponere: & Crito-
bolū pſtringere: ab Alcibiadis uenāda pulchritudie reuerti Char-
midēq; admirari? Hæccine cū philoſophi cōſentiūt uita? qui mini-
me populo in oratiōe aſſentetur liber ſub tyrānide exiſtat: In De-
lio ſtrenue pugnarit iudices cōtēpnat libens carcerē petat: lætus
ad necem ſe paret? Multū profecto abeſt ut inter ſe iſta cōueniant:
q̄ ſi qdē uera ſūt hūc hoīem tā ualde ſibi ipſi repugnātē: ſed ſatius
ē maledictis abſtiere. Q ui ſi turpibus uerbis pulchraꝝ rerū ſigni-
ficatōes iuoluit graue nimiꝝ ac piculoſam rē agit. Pulchrū enim
obtegere turpi: & ad utilitatē oſtendendam uti nocentium rerum
inſtrumento: nequaq̄ opus eſt, eius: qui uelit ſe beneficiū præbere

quandoquidem qui ita facit utilitatem ipſam abſcōdit: ſed potius eius eſt: qui nocumentum intendat: quod quidem habet in promptu. Hæc puto diceret Thraſymachus aut Callias aut Polus aut quiſquis alius Socratis philoſophiam oppugnaret. Sed age nugis omiſſis, ſermoni ſuccurramus: cui cum uelim ſuppetias ferre deficio uiribus. Etenim qui uult neceſſe habet ut poſſit. Quamobrem eam nos rationem inibimus, defendendi ſermonis: quali perſæpe utūtur: qui ob grande aliqd crimen in iudiciū ac diſcrimē aducti: haud tantum diluendi criminis rationem inſtituūt: ſed ſocios eiuſdem criminis allegantes grauiores alios uiros cauſamq; in eos referentes: ita tacite propriam eleuant culpam. Nos itidem pro Socrate dicentes. Vtrum ille recte hæc, an perperā fecerit paulopoſt diſſeremus. Interea aduerſus uehemētes hoſce accuſatores in hūc modum loquemur.

uIdemini profecto o uiri: qui Socratem amoris accuſatis perniciosiorem longe ei calumniam ſtruere: q̄ quæ Aniti ac Meliti fuit. Illi enim cum accuſationem in capita diſtribuerent: Haud alias cauſas retulerunt in eam: cur Socrates iniuriam Athenienſibus faceret: q̄ q; iuuentutem corrūperet: q; eius facto Critias tyrannidē inuaſiſſet: q; ipſe Alcibiadem contumelioſe tractaſſet: quod deteriorem rationē, ſuperiorē meliore efficeret. q; per platanum aut canem iuraret. Amoris uero accuſationem uehementes illi ſycophantæ penitus intactam reliquerunt. Sed nec Ariſtophanes qui Socratem in Dionyſiis comice luſit, accuſatorū uehementiſſimus cūctorū Socratis amores cōuitio pupugit: q̄uis eum & pauperem & loquacem, & ſophiſtam ac quiduis potius, q̄ impurum amatorem appellaret: (cuius uidelicet amor, q̄tū cernere licet) nequaq̄ aut calumniatoribus aut comœdis dedit, maledicti occaſionē, propterea quod Athenienſium illud theatrū, iudiciūq; effugit. Cum hiſce uero accuſatoribus: quos haud eſt negotium minus, q̄ ſuperiores illos expugnare, pugnandū eſt. in primus hoc modo dicendumq;. Nequaq̄ unius Socratis peculiare fuiſſe amatorum ſtudium: quod quidem longe uetuſtiorem originem ex ipſius teſtimonio Socratis haberet, laudantis admirantiſq; amatorum opus: cuius etiam inuentionem propagarit. Etenim

tum ei orationem oſtenderet Myrenuſuis Phedrus/ab Lyſia Ce/
phali amatorie conſcriptam:Minime ſe inquit eam orationem ad/
mirari:cum plenum gereret pectus:quaſi uaſculum quoddam/alię-
nis liquoribus:Quos uel a pulchra Sappho (ſic enim eam ob de-
corem poematis libenter appellat) quamuis exigua eſſet/ ac fuſca/
uel ab Anacreōte ſapiente hauſiſſet. Sermonem uero/ quē in ſym-
poſio laudem uult eſſe amoris/Mantineæ mulieri attribuit. Sed ſi-
ue Mantinea/ſiue Leſbia fuerit mater eius ſermonis : ſatis conſtat
haud unum Socratē uſurpare ſolitum amatorie loqui : neq; id ab
eo primum manare cepiſſe. Id autem conſiderabimus hoc modo:
initium capientes ab Homero:quando is longe ante alios (ut mihi
uidetur) magis eloquenter/appoſiteq; turpia ſimul/ atq; honeſta
narrauit. Altera quidem quibus inhærere/ altera autem/quæ euita-
re deberemus. Is cum alia omnia ſimpliciter admodum/ atq; anti/
qua ruditate docere uideatur:ut eſt aurigari/ ut exercitum ordina/
re: cum metæ iubet leuum equum admouere : laborantibuſq;/ &
& ægrotis Pramnii uini potionē præbere: Cum præterea ignauos
in medio fortium locat/equiteſq; a peditibus diſcernit. Hæc quæ
ei ſapienter tractata uidentur/cum noſtrorum temporum/ ordini/
bus/medicamentis/aurigationibuſq; collata/riſum quomodo effu-
gient? Quæ uero ad amorem pertinent/ea ſic omnia ordine enar-
ratur & opera/& ætates/& ſpecies/& perturbationes/ et honeſta/
& turpia attingit:atq; adeo temperatum/proteruum/iuſtū/contu/
melioſum/furioſum/mitemq; amorem deſcribit. In quibus tractā-
dis/haud ſane ruditatem illam antiquam:ſed potius noſtratē hāc
peritiam uidetur redolere. Itaq; ſtatim in primo libro/ captiuæ cu/
iuſdam duos amatores/alterū audacem ac furioſum/mitiorem alte-
rū/miſeroq; perſimilem inducit. Ille ex oculis iaciens flāmas/cōui/
tioſus/minabunduſq; in omnes exiſtit:Hic uero placide ſecedens/
lachrymabundus:deſidet anceps animi : Et cum diſceſſurum ſe di-
cat/nequaq̄ tamen diſcedit. Alia eſt imago amoris impudētis:quā
Alexander reddere uidetur:cum reuerſus expugna/thalamū īgre-
ditur mœcho perſimilis. Iuſtus etiā inſpicitur amor æquabiliter
utrobiq;/i Andromacha atq; Hectore/ſe habens. Ea enim He/
ctorem & patrem/& fratrem/& uirum/ & amatorem : cunctis

ꝓpeniq; amicitiæ nominibus appellat . Hic uero haud uxoriſ
minorem curam gerere ꝗ̃ matris ſe fatetur. Sed & meretricium
in Iunone ac Ioue atq; ex procoꝝ perſona. Captioſum item ex Ca-
lypſo. Veneficũ ex Circe oſtendit. uirilẽ deniq; labore temporeq;
quæſitũ : et qui ad necem uſq; peruenerit. ex Patrocli imagĩe effin-
git. duobus uidelicet Iuuenibus utroq; & formoſo & temperato.
ſe inuicem amantibus: quorũ alter præceptorem. alter diſcipulum
præſtaret: Ille angitur. hic ſolatur : ille canit . hic canentem audit.
Amatoriũ quoq; eſt alium ſe ad pugnã dimitti poſcentem. lachry-
mas fundere. uelut amatore, nequaꝗ̃ id conceſſuro. Hic uero & fla-
gitãtẽ dimittit: & ꝓpriis armis ĩſtruit & exornat: cũctãtẽq; reuerti
expugna trepidus expectã iraq; depõit: Sõnia quoq; ĩ ſõniat. lachry-
mæ. atq; extrẽi muneſtris officio : comã iã arſuro ĩcidere. ad amoris
ptinẽt effectũ. Eiuſmodi q̃dẽ ſunt: q̃ amatorie tractant ab Homero.
Heſiodus uero canentes muſas ĩducit. quidnã aliud ꝗ̃ uiroꝝ ac
mulierum fluminum . regum. plantarumq; amores ? Mitto Ar-
chilochũ citare. cuius amor totus impudentiæ ſordibus iacet : Nã
quantum ad Leſbiæ attinet amorem: ſiquidem opportet antiquio-
ra cum recentioribus conferre. Nõne is amatoriam Socratis artẽ
ſimilitudine exæquat ? Etenim uidetur uterq; eodem prope ritu.
Hic quidem mariũ. illa fœminarũ amores coluiſſe: ambo ſe amare
profitentes. paſſimq; pulchrorũ oĩum ſpecie capi. Quod Socrati
Alcibiades: quod Phædrus, quod Carmides fuit : Idẽ Leſbiæ Gi-
rinna Atthis atq; Anactoria erat: Quod item Socrati erãt aduer-
ſi ſtudii. Prodicus. Gorgias. Thraſimacus atq; Protagoras : Id ipſi
ẽt. Sappho Gorgo. atq; Andromedæ extitere: quas quidẽ. mo-
do accuſat. modo redarguit : Socratem ſequens in diſſimulatione
ſermonis. Saluere Ionẽ Socrates iubet. Quid Sappho? Polia na-
ctidam puellam ſaluere itidem iubet. Nequaꝗ̃ Socrates ait. prius
Alcibiadem ob amicitiam adiiſſe: ꝗ̃ arbitraretur eum patientem ẽẽ
diſciplinę. Paruula admodum gratioſaq; puella mihi uideris inqt
Sappho. Ludit Socrates habitũ diſcubitũq; Sophiſtæ . Hæc quæ
nam, ruſtica ueſte: inquit amorem induit? Loquitur apud Socratẽ
Diotima. Amorẽ haud eſſe filiũ: ſed pediſſequũ: ac famulũ ueneris .
Apud Sappho uero Venus hæc cãit. Pulcher ſane famulus exiſtiſ

o amor. Diotima itē ait. Afflués germinat amor, paup extinguiſ.
Idem illa cōprehendens amorē & dulcem & amarū, & angoris lar-
gitorē appellat. Vocat Amorē ſocrates ſophiſtam. Sapho fabulaꝝ
textorem. Inſanit Socrates ob amorē Phedri. Huic uero amor cō-
cutit mentem inſtar uenti: qui montanas quercus incurrat. Ex-
candeſcit Socrates in Xantippen: quæ ſe moriturū deploret. Hæc
aūt redarguit filiam: indignū dicens uerſari luctum in cōtubernio
muſarū, minimeqꝫ ſe iſta decere. Quid de arte dicemus Theij So-
phiſtæ? Non ne ea eundem, & modum & morem ſequebatur?
Nam & ipſe omnes amat, laudeqꝫ proſequitur pulchros: cuius ui-
delicet odæ plenæ ſint Smerdiæ cæſariæ, Cleobuli oculis, & flore
Batilli: In quibus tamen temperantiam ſpectat. Amo inquit com-
pubeſcere tecū, in cuius moribus gratiam agnoſco. Iterum ait. In
amore honeſta pulchra ſunt. Alibi aperit artem dicens: Me pueri
diligunt ob diſciplinam lepida enim tribuo, lepida noui loqui. Idē
de Socrate Alcibiades loquitur. Socratis gratiā Olympi aut Mar-
ſiæ modulationibus aſſimilans. Quis nam, o, Dii huic amatori,
præter unum ſuccenſeat Timarchum?

❡ DE EODEM AMORE. SERMO. II. VIIII.

Eſumentes ab integro ſermonem de eodem ipſo amore,
quaſi poſt interpoſitam quietem: lōgæ exordium uiæ ad
finem pergamus, duces inuocantes itineris, eloquentem Mercu-
rium, Suadelā, Gratias: Amorem præterea ipſum. Neqꝫ. n. aut par-
uum aliquod aut pro uulgari negotio periculum ſubimus: quan-
do publice eiuſmodi uiæ: quæ per amatorium ducitur ſermonem,
pręcipitium adiacet altiſſimum: Neceſſeqꝫ eſt, horū alterū fieri: ut
uel qui pulchre ſe ad amorem cōparent, tuto conficiunt uiam: uel
qui de ea deflectunt impuriter amenti: eoqꝫ præcipites in baratrū
agantur. Hoc ueritus Socrates ille, propterea ꝙ cerneret eiuſmodi
morbū late in uniuerſa gręcia, pręcipue uero Athenis, dominari,
Pleraqꝫ oīa eſſe amatoribus iniuſtis, adoleſcentibuſqꝫ deceptis:
utrūqꝫ hunc gregem ob morbum miſeratus: cum minime pote-
ſtatem haberet, petulantiam eiuſmodi, lege pellendi, ut pote qui

nec Lycurgus/nec Solō/nec Cliſtenes:neq; alius eſſet ex his/ qui-
bus olim græci ſupremū magiſtratū credidiſſent:Non etiā poſſet
ui quadam homines ad meliora compellere:quando id/non niſi
ab Hercule Theſeoue/aut quopiam alio ualido/ morū emendato-
re/expectandū fuit.Non illis præterea uerbis/ac rationibus perſua-
dere poſſet.Q uid enim cupiditate ſurdius: quæ furiis acta paulo
minus inſaniā exęquat? Haud tñ penitus iuuenum adoleſcentu/
lorūq; curam abiicere ſuſtinuit:aut ob eorū ſalutem laboribus cę-
dere:ſed modū inuenit:quo ægros illorū animos ad rectā inſtitu-
tionē duceret/nō inuitos.Q ualis aūt is fuerit modus/dicam con-
tinuo/fabulā fingens Eſopi phrygis in morem.Paſtor/ac coquus
cum iter una facerent/agnum opimū conſpicati/longe ab ouili er-
rantem/relictūq; a ſotio grege:ad eum ambo accedunt.Et quoniā
ea tempeſtate brutę animantes cum hominibus linguæ ſocietatē
habebāt.Agnus eos interrogat:qualis uterq; eſſet: qui ſibi manū
iniicere/atq; abducere ad ſe uellet:poſtq̄ uero de utriuſq; arte cer-
tior factus eſt.libens paſtori ſe ipſum cōmittit:coquū ſic allocutus.
Tu quidem carnifex es:ouiliſq; agnorū parricida: Huic uero mo-
res noſtri per q̄ belle ſatiſfaciūt. Cōfer ſi placet.amatores illos cū
multitudine coquorū/Socratē uero unū fac eſſe paſtorem:adule-
ſcentulos atticos.dic eſſe inerrantia pecora/ueræ uocis cōuenietiā
habētia.aliter ac pro fabulę figmēto. Q uid igit̃ faciet hic paſtor
cum carnifices uiderit adoleſcentulorū florem concupiſcere/ cur-
ſimq; ad eū proruere captādū,num feret? ſedenſq; ocium aget? Id
ſi fecerit/ne carnifices illos ſæuitia exuperet? curret itaq; potius cur-
rentibuſq; illis/ſociū ſeſe ēt adiunget:atque adoleſcētulos pariter/
nō tamen eodē propoſito/ſequetur.Q uo fiet:ut quiſquis artem/
curſuſq; cauſam ignoret:Hunc quoq; hominē putet.perinde.atq;
alios pernitiē adoleſcentulis inuehere. Q ui ſi finem expectet:cur-
ſum potius laudet:Imitetur ſtudiū/uenatorē admiretur: uenatio-
nēq; ipſam.ueluti beatā in cælū extollat.Hanc cauſam habuit So-
crates : cur ſe amare atq; omnes amare fateretur . cur peteret pul-
chros/cur riuales ſuos anteiret : carnificibuſq; illis præcideret uiā
ut pote qui ferendis laboribus/longe eos pręiret.peritius amaret
In potiundo aūt magis collimaret:neq; immerito.quando riualium

amor illorū cupidinis nomen haberet,in uoluptatibus penitus perrans:cuius initiū exciret corporis flos ad oculos delatus, perq; eos ad animū delabēs. Etenim pulchritudinis ſemitæ per oculos ducuntur. At Socratis amor ſi quidē ſtudiū attendas, ſimilitudinē cū cæteris habebat:ſi cupidinē, diſſimilis ōmino erat: ſi uoluptatē, tēperantior:ſi uirtutē, proprius ad ſignū accedebat: cuius initium faceret animi flos in corpore apparens. Quēadmodū intelligere licet, pulchritudinē fluuii:qui pratulū leuiter irriget:pulchritudinē item & florū, qui ſub aquarū limpiditate collucētes, ad oculos ferantur. Hoc idem flos animi præſtat:qui pulchro ingenitus corpori, fulgorē ab eo percipit:fulgenſq; conſpicabilē ſe facit: neq; aliud eſt corporis decor:q̄ aduentantē uirtutē præueniēs flos:quaſi maioris pulchritudinis proemiū quoddam. Vt enim exoriens ſol fulgorē ante præmittit, qui cacumina montiū illuſtrans, intuentium oculos maxime oblectat, uberioris lucis afferens ſpem: Ita ſplēdeſcenti animo, præfulget in ſuperficie corporis decor: q ꝙ ſpē affert melioris multo decoris:philoſophoꝝ exhilarat aſpectū: Theſſalus uir equinū adamat pullū, Egyptius bucculā. Lacedemonius catulū. Qui aūt generi afficitur humano, longe ſe aliter gerit: q̄ uel agricola ęgyptius:uel Teſſalus equiſo:uel Lacedemōius uenator, ſuis illis animalibus educandis. Horū namq; obſequiū, ac prouidētiæ cura, alumnos ſuos ducit ad laborē. At humanus amator:q̄obrē potius, q̄ ob cōmunicationē uirtutis, amoribus indulget? Quibus cū daturus eſt operā, id curat ī primis:ut aptiſſimi ſint: aptiſſimos illos cenſet, ad ſpem uirtutis faciendā:qui ſint multo pulcherrimi. Vna uero atq; eadē pulchritudo, Alia tamen impuris oculis: alia legitimis amatoribus apparet. ut in gladio quoq; accidit, hinc enim longe alius forti uiro:alius carnifici uidetur. Ita ēt lōge, aliter Penelopen Vlyſſes: aliter Eurimachus ſpectabat. Quid aūt? Nōne aliter ſolem Pythagoras:aliter Anaxagoras: Ille ut Deū:hic ut lapidem proſpectabat? Virtutē deniq; ipſam, haud eodem modo Socrates, quo Epicurus: Socrates quidē tanq̄ beatitudinis, Epicurus tanq̄ uoluptatis amator, ſectabatur. Quaobrē aliter formoſū corpus Socrates:aliter Cliſtenes petit:Ille ut uirtutis: hic uero ut uoluptatis ſtudioſus. Quo circa cum amare audieris, aut philoſo-

phũ·aut ĩprobũ uirũ:aut eodem nomine alterius· & alterius negotium nomines· Improbus enim ob uoluptatẽ iſanit: Philoſophus uero pulchritudinẽ amat: Ille inuitus ægrotat: hic amat libẽs: Hic amando·amati beneficiũ intendit· Ille & ſibi & amato perniciem ſtruit. Ex amore philoſophi oritur uirtus: ex improbi furore·contumelia efficitur. Philoſophi amor·in amicitiam: improbi furor·in odiũ deſinit· Ille gratuitus· hic mercenarius: Ille laudẽ inuitat: hic infamiam prouocat: Ille græcus: hic barbarus· Ille uirilis· hic mollis: Ille ſtabilis: hic uolatilis iſirmuſq;. Illius quiſq; ſe ſtudioſũ facit· & deo fit amicus· & legi/uerecundia plẽus: plenus liberis uocibus exiſtit: Idem amans amatum ſtipat interdiu: geſtit in amore· in gymnaſio complectitur ob luctam: ſequitur incurſu· In uenatione comitẽ: in pugna ſtrenuitatis ſotium ſe præbet: in fælicitatibus conſors eſt gaudii: morientem non dubitat ſequi: Nihil præterea ad cõſuetudinẽ habendam·aut noctis: aut ſolitudinis prſidio eget. Contra alter hic iſeſtus eſt diis·ut pote·qui ĩ eos cõmittit: hoſtis legi· quã ſcilicet uiolat·minime fidẽns·expes·ĩpudens· ſolitudinis amicus: noctis·ac latibuli captator·conſpectus euitator. Qui cum diem in amoribus abſumat/fugit tamẽ ſolem: ſequitur noctem ac nebulã: paſtoribus·penitus aduerſam· ſicariis oportunam. Alter enim paſtoris ſimilis eſt/alter ſicarii: quãobrem latere cupit conſcius culpæ: quã & ſi quidem prſentit·tamen a uoluptate pertrahitur. Ad fructiferas plantas accurate agricultor accedit: in eas uero ſi fur inciderit: ut decerpat fructum·haud habet lædendi· frangendiue ullam cautionẽ. Vides adoleſcentuli corpus·florẽ ac ſpecimen futuri fructus amittere. Caue polluas: caue temere ſflorem ne attingito: Lauda potius uiatoris in morem. Talem olim plantam· apud aram Apollinis palmæ ſcilicet ſtipitem nouum creſcentẽ animaduerti: parce Apollinis plantis·ac Iouis fructus expecta: rectiuſq; ita amabis: quod quidem·haud eſt difficile negotium. Neq; aut Socratis·aut alterius philoſophi tantum/iam uero· & Lacedemonius olim uir: qui neq; inſtitutus eſſet in Lyceo·neq; in academia eruditus: aut aliter præceptis philoſophicis formatus: occurrens adoleſcẽtulo barbarico quidẽ: ſed tamẽ pulchritudinis eximiæ·nuperq; ad florẽ perductæ· eius amore eſt captus. Cur enim nõ ad amatorẽ

hic tamen uoluptatem amoris ſui finiuit aſpectu. Q uamobrem amatoriã hanc Ageſilai ſtrenuitatẽ magis q̃ bellicã illam Leonidæ laudarim: minoris enim negotii eſt barbarũ regẽ q̃ amorẽ ſuperare: cuius tela feriũt magis q̃ Caduſia illa ac Medica. Enim uero Xerxes ſuper corpus iacentis Leonidæ pertranſiens ingreſſus eſt Pylas. Ageſilai uero coercitus amor: ad oculos tantũ perſuadens, in eis tanq̃ in foribus animi conſedit. Maius itaq; opus dixerim eſſe eius qui ſtrenuitatem eiuſmodi ediderit. Iccirco maiorem Ageſilao laudem ob id facius tribuerim: q̃ quod perſecutus ſit Tiſaphernẽ: aut Thebãos uicerit: aut uerberũ dolorem tolerauerit. Hæc enim corporũ educationis inſtitutioniſq;: illa aũt exercitati uere animi caſtigatiq; opera fuerunt.

DE EODEM AMORE SERMO III. ET X.

ſ Merdies Thracius adoleſcens regali forma ac liberali aſpectu a græcis dono datus eſt Ionico tyrãno, ſamio uidelicet Polycrati: Q ui delectatus tali munere eius capitur forma: Hunc pariter amat Anacreon Teius poeta. Smerdies itaq; cũ a Polycrate aurũ atq; argentum accipet: quæue par erat adoleſcentulo formoſo ab amatore tyrãno elargiri ab Anacreonte odas ac laudes cæteraq; ea, quæ dare deceret amatorẽ poetã, capiebat. Si quis igitur amorẽ cõparet amori: tyrãnicũ uidelicet poetico: uter eorũ maiorẽ uim diuinitatis oſtendet? uter cæleſtis ac Venere dignus appellari merebitur? uter in operibus ſanctis numerabitur? Equidẽ cũ præponendũ cenſuerim: qui cũ muſis ac gratiis uerſatur illi, qui neceſſitati ſubicit, ac metui. Hic enĩ captiui mercẽnariiq;, haud admodũ fortunati: ille liberi hominis, ac græci ſpeciẽ gerit. Q uãobrẽ mihi uidetur liber hic amor, non plane multũ inter barbaros habitare. Vbi enim populus ſeruit princeps dominatur: Q uod in medio eſt horũ: paritas uidelicet ipſa, oĩs dignitatis ac legis inde prorſus excluditur. Amor uero nihil tã hoſtiliter odit, q̃ neceſſitatẽ, ac metũ: ut pote qui magnanimus ſit maxĩeq; liber ipſis nimirũ lacedemoniis liberior. Vnus enĩ amor ex oĩbus rebus: quibus hoĩes aguntur, ſiquidẽ ſincerus exiſtat nequaq̃, aut diuitias admirat, aut tyrãnũ expaueſcit, aut regiã ſtupet: aut iudicia obſeruat, aut necẽ euitat. Q uippe cui neq;

ſera,neq; ignis·neq; præcipitium·neq; fretum,neq; enſis neq; la-
queus grauia uident. Quin ēt qcqd nō niſi p laborem cōpati poſ-
tiſſimum ducit. Terribilia oīa expugnari poſſe cōfidit : ardua q̄q;
putat eſſe facilia. Huic itidem amnes cuncti tranabiles· nauigabi-
les·tempeſtates mōtes expeditiſſimi uident. Nuſq̄ nō cōfidit·cun-
cta contemnit:oīa uincit. Ni mirū ego expetendum exiſtīo : qcqd
eiuſmodi eſt amoris·minimeq; illi q ſapiat optādum eſſe·ut diuel-
lat ab eo·ſi qdem cōſeq debet ut una cū amore libertatem·ſecuri-
tatem·firmitatemq; aī acqrat. Sed uereor ne ille hmōi naturā in
oībus itidem ſeruet:q.ſ.ſimilitudo q̄dā ſtudii turpis· honeſtum
opus effingens:de cuius ſibi aſſimilitudine fucū illinit : Et ſi parē
prope ſpeciē aſſeqtur:in attingēdo tñ fine lōgiſſime aberrat. Nā
& circūforaneus pharmacopola medicum nō nihil imitat. Syco-
phāta oratorē:philoſophū Sophiſta · Nuſq̄ inuenire nō eſt malū
cōſiſū bono:magna qdē ſimilitudine altrinſecus pmixta· diſcreta
tñ uel aī ,ppoſito·ut orator a ſycophāta · uel fine·ut medicus a cir-
circūforaneo·uel uirtute·ut a philoſopho ſophiſta · Verū tamen
pauci·uel animi propoſitū·uel finē uel uirtutē intelligūt. Quo-
tieſcunq; igitur duplicia,atq; ancipitia ſtudia·mutuā hñt ſimilitu-
dinē in prōptu,diſſimilitudine tñ non carent:neceſſario cōtingit·
ut qui diſſimilis ignoratione·artes diſcernere nō ualet pp eā ſimi-
litudinē:quā ille ſibi iuicē reddunt eas oīno cōnectat : Atq; haud
ſcio an eodē mō·& de amore ipſo cenſendū ſit· putandūq; eō eū
nomen habere:quod mediū locū inter uirturē ac uitiū obtineat·
& ab utraq; re populariter quodammodo ducat. Quap alterius
habitū eius uidelicet,cui magis adhæſerit gerat,ppterea; denoīatio-
nē ferat de eius affectiōe:cui ſeſe pmiſerit ducendū. At q bifariam
aīa ſecundū rōnē Platonis diſtributa cuius altera pars ratio dicit
altera affectio:neceſſariū eſt amorē ſub affectione:eaq; oino rōne
uacua cenſeri:ſi quidem is unū ſit·Si uero cenſetur in ordine pul-
chrorū:alterum qdem duop exiſtit:ut uel rōnis ordinē ſequatur
ab affectiōe penitus ſeiūctæ:uel affectiōi obediat cū rōne cōnexæ.
Quod ſi amor ē amicitiæ motus,& appetitio/ac deſideriū/quod-
dā ſimilis:qd auet natura ſimile aſſequi:cumq; eo miſceri·palā p-
fecto eſt/cum ad affectiopē nō aūt ad rōnē trāſire.Ideirco affectio-

D' uero amore

Silr̃ differet

ni huic ſponere rectricē rōnē oportet·ut ī uirtutē · nō aūt ī egritu-
dinē euadat. Q uēadmodū enī in tēperatōe corpoꝝ ſanitas eſt· di-
ſpoſitio q̄dā·q̄ ex potentiis humidis· ac ſiccis· frigidis·ac calidis fit·
quas aut ars tēperauerit pulchre · aut natura artificioſe reddiderit
cōcordes·a qbus ſi uel naturā remoueris·uel artē·diſpoſitionē illā·
nimirū pturbes·& ſanitatē expellas. Simili mō cōtingit ī amore:q
quāuis rōne nitať:eſt nihilominus & ipſe affectio q̄dā:a qua ſi rō-
nē abducas·& rectā ipſius cōpoſitionē euerteris· & ægritudinē pe-
nitus effeceris. Sit igiť amor appetitio animi. Verū appetitiōi huic
pinde atq; eqno furori opus eſt fræno : Et ſi cōmittas aīum rapi·
iuxta modū cōparatiōis Homericæ:qd nā aliud egeris · niſi ut uo-
rax equus temere cāpum excurrat·haud amplius petēs aquatiōes
cōceſſas:curſusue decurrēs:quos a rectoris arte didicerit : ſed effre-
nus·ac ſine rectore paſſim feratur : ſed turpe q̄dē ſpectaculū eſt·
equus ſolutus : turpis ēt auditio cōtumelioſus amor. Etenī is eſt·
q trāſilit rupes·uel amnes tranat·uel enſem capit·uel laqueū ſuſpē-
dit·uel nouercā aggrediť·uel priuignis īſidias facit· Exlex furioſus·
parum munificus·q in ſcena tragædos exercet:odioſus ī fabulis ap-
paret:furiis plenus lachrymis madens:q̄ heu heu clamat ac lugens
parū fortunatus·præterq; dignitatē efferť·uariis ac repētinis cōuer-
ſiōibus patet·corporeis titillatiōibus deſeruiēs. Aegritudinē cōtra-
hit:q̄ corpus corpori miſcet/cōgrediēſq;·nec decoro·nec legitimo·
nec uere amatorio utitur cōplexu. Inſanientē hunc rapit pulchritu-
dinis fama·ob ignorātiā errātē. Cōtra q huic cōtrarius eſt ſoli par-
turiēti·ad generationē ſimilis·ex innato·cū iuſtitia appetitu cōgre-
diť·ac fæmineū explodit. Q uā ob rem hæc lex ē nuptiarū·deoꝝ·
ſimiliūq; generatiōis·quæ q̄dē in uniuerſa aīalīū natura eſt cōſtitu-
ta·quoꝝ aliqua peculiari quodā amore·cum pcreādi tēpus poſtu-
lat·cōiugationē quærunt:aliqua uero ducunť a magiſtra arte · uel
paſtoris·uel opilionis·uel bubulci·uel eqſonis·aīalia ſingula ſecun-
dū ꝓpriā naturā·uel nectentiū ad cōiugiū·uel ēt diſcernētium· pe-
tulantiæ metu. Hinc & mares ꝓcul arceniť · ſeorſum fætæ habētur
pecudes·rorida ſeorſum paſcua diſcernuntur. Ars uero quæ alen-
do hoīum gregi·præpoſita eſt·regiū ac paſtoritiū gerens officium·
nullū penitus modū·ad depellendā petulantiā poteſt reperire·niſi

quis ante libeꝛas aium ſuũ rõni pinde ac paſtori cuipiã: uerecun
dıæ prætereá ac tẽperantię tradiderit regendũ. Quẽadmodũ enĩ
diuerſis aĩaliũ generibus diuerſas itidẽ natura defenſiones ad tuẽ
dã propriã uitã ſalutẽq̃ cõſtituit. Vt leonibus uires: ut ceruis cur
ſum: canibus uenationes: ut aquatilibus natationẽ: uolatilibus uo
latũ: reptilibus cauos. Ita hoĩum generi ĩ cunctis huiuſmodi defen
ſionibus: cęteris aĩalibus minori: ut pote quod uires tenuiſſimas
habet: ĩpeditiſſimũ curſum: uolatus eſt penitus ĩmune: natationẽ
uix attingit: cauernarię habitationis oĩno eſt ĩpos: rõnem tradidit
Deus: quaſi donũ quoddã: quod cũctis facultatibus illis ęquipol
leret: huicq̃ amatoriũ deſideriũ ſubiecit: ueluti freno cuidã equũ:
ueluti ſagiptario arcũ: temõi nauẽ: iſtrumẽtũ opifici: Quotieſcũq̃
igr̃ ratio ſtupet: amorẽ nihil ſentit: quotieſcũq̃ amor furiis æſtuat:
rõnẽ minime audit. Suadela uera: cõiugatio q̃dã eſt amoris, ac ra
tionis: cũ ſeſe ad pulchrũ ĩpellũt extollũtq̃ cõcito curſu. Qui ue
ro cenſet pulchrũ ipſum defenſum in natura corporis latere: is uo
luptatẽ pro pulchritudine admittit & ab ipſa decipitur: uoluptas
enim eſt malũ pſuaſione: hoĩes capiens. Et adulatiõi penitus inni
tens. Hoc nimirũ malum adoleſcentulũ troianũ: q interim paſtori
tiũ negotiũ gerebat: circaq̃ Idã uagabat: minime domeſticis uolu
ptatibus cõtentũ: ex mõtibus ad mare deduxit: eũq̃ ĩpoſitum naui
graſſantẽ, uidelicet amatorẽ in Peloponneſum deuexit. Nõ enim
puto formoſum aliud corpus erat ĩ Aſia: nõ troicũ, nõ Dardanicũ:
nõ Helleſpõtiũ: nõ lydiũ: qđ cũ amatoris huius lĩgua: moribus, le
gibus, cõueniret. Sed Spartã atq̃ Eurotã adnauigat trãſmarinus
procus: & ex inſomnio amator. cõtra hoſpitẽ ſurgit iniurius: græ
cięq̃ cõnubii iura diſſoluit. O: neq̃ amorẽ, inſomniumq̃ iniquũ:
o nequiſſimos oculos, uoluptatẽq̃ ducẽ calamitatũ permultarũ.
Sic ẽt Xerxem illũ magnum: q in Salamina ac Plateis aduerſus
græcos pugnauit, tot corporũ ſpectatorẽ, ac dñm: nõ ad amorem
pellexit Indica atq̃ excelſa uirgo, nõ medica tiarã ferens: nõ mitra
ta Mardonice: nõ carica armata, nõ lydia phidicina, nõ Ionica, Nõ
Helleſpõtia mulier. At hunc amor in Amaſtrin ĩmiſit filii uxorem.
O nequiſſimum amorẽ: qui repudiatis cõmodis cibis, amaros, ac
guſtu aduerſos expetiuit, ſoluta uidelicet licẽtia, in ſumma amãdi

facultate laſciuiente. Quotiens enim aĩo abrogaueris ſcientiã, ac potentiã dederis nimirũ flagitiis paraueris fluxũ licentiã atq; excurſum. Fac Alexander Priami uiribus gentiliq; illa cõfidentia careat, adquieſcet pfecto paſtoritio negotio: neq; Helenã unq̃ ſomniabit. Fac Xerxes poteſtatem amittat, Amaſtris illi tanq̃ deformis ac uulgaris erit. Licẽtioſa nimirũ inde oritur tyrãnis, unde abierit ratio. Laſciuiũt oculi: q̃bus ſi licentiã adimas: neq; Critobolus blãdiet Euthydemo: neq; Autholio Callias: neq; Agathonẽ Pauſanias ardebit. Quãobrẽ laudo Cretenſiũ legẽ, Eleorũ nõ laudo. Cretenſem quidẽ ob neceſſitatẽ laudo, ælea ob licentiã nõ laudo: Cretenſem adoleſcentulũ turpe eſt amabilẽ non eſſe: Cretenſi iuueni turpe eſt puerorũ attingere amorẽ. O legẽ pulchre ex amore ac temperantia compoſitã. Aeleos prætereo, Lacedemonios narro: amat ſpartiata Laconicũ adoleſcẽtẽ: quouſq; pgreditur hic amor? Nempe ut eũ pariter amet: atq; affabre ſignũ: ita ibi multi diligũt unũ unus per multos: ea enim uoluptas quæ a petulantia oritur, cõmunicare inuicẽ nõ poteſt. Amor aũt (qui aſpectu finitur, ſolus cõmunicabilis eſt. ſeq; ad uniuerſam quę amari poſſit) naturã extendit. Quid ipſo pulchrius ſole? quidue quod amatoribus multis æque par eſſe poſſit? At hunc uniuerſi ſimul oculi diligunt. Locris Italiæ ciuitate, et ephebus quidam pulcher: & item pulchra lex erat: at amatores nequiſſimi. Hi cũ ob pulchritudinẽ ad amorẽ ĩpulſi eſſent, lege aũt turpiter amare prohiberentur, ob amoris affectum debacchantes: ubi ephebum illum turpe ad obſequium perducere nõ potuerũt: ut pote qui legem ſeruaret, ordine oẽs laqueum petunt digni nimirum qui uitam amitterent. Cur enim uiuat, qui oculorum delectationi nõ adquieſcit? Qui uiderit ſtatuã, atq; eius pulchritudinem laudauerit: Is nequaq̃ laqueum petet. Sed, & qui equeſtris homo equum uiderit, equi pulchritudinem laudabit. Quẽ ſi ſuũ facere nequeat, minime propterea laqueum requiret. Agricola qui in proximo agro conſpicatus eſt plantam: ſatis habet eam aſpicere: ſatis item eſt uenatori catulum intueri alienum, qui decorus exiſtat: neq; horum aliquis opperit mortẽ, ppterea q; uiſæ rei poſſeſſionẽ deſperet. Amant uehemẽtius aurũ auariq̃ amatores humanũ corpus: cupiuntq; magis au-

ro cũ ipſo q̃ cũ corporibus amatoreꝫ deſodi. Nemo tñ illorũ ſi ad poſſeſſionẽ auri nõ uenit: ſibi ipſi mortẽ cõſciſcit. Perſaꝝ rex non ideo q̃ aſſecutus aurũ nõ fuerit, ad laqueũ acceſſit, q̃uis ille mini mũ pcũctis hoĩbus ſatiare aĩum diuitiis poſſet: & ob eas plurimũ inſaniret: Qui cũ fere ĩ uniuerſa terra regnaret, totq; ac tãtis uoluptatibus ĩplicitus eſſet: quot petulantiſſimi regis ingluuiẽ explere poſſent: inſidias ſtruxit mortui ſepulchro. Fama uidelicet, ipſum ĩpulerat deſoſſi ſimul cum mõrtuo auri: ob eãq; magnus ille rex quĩtiarã geſtaret, tumulũ effodere agreſſus, auꝝ minime reperit, at epigrãma intus ĩuenit: quo mortuus ille ſic loquitur.

Semiramidis

o Viroꝝ auidiſſime cunctorũ: mortuũ uiolare nõ dubitas auri amore? Hoc idẽ dicere poteſt ratio grȩca aduerſus hominẽ grȩcũ: q̃ præ cupidine ĩexplebili, præceps ferat ad inferendã cõtumeliã corpori, ſi qñ cũ rapiat fama pulchritudinis in corpore deſoſſæ ſo ſtultiſſime uiroꝝ, cadauer effodis: neq; enim ſi ſapias: cõtrectare auſis maſculũ corpus: rẽ penitus ĩtractabilẽ. Cũ maſculo corpore iniqua ſit pmixtio, ſterilisq; cõgreſſus: q̃d ſaxis ſemĩa mãdas? Cur harẽas aras? oblectatões iſtius modi ad ipſã trãſfer naturã: uerte oculos ad agricolationẽ: fructuoſis lȩtare uoluptatibus, Ne pereant uentura carentia ſemine ſæcla.

DE EODEM AMORE SERMO. IIII. ET XI.

Palinodia
Humereus poeta

n Equaq̃ uetus eſt ſermo: ait uſq; in carminibus ſuis Himereus poeta: In q̃bus priorẽ odã abiurãs, uera ſe miniſſe de Helena locutum cõſitet. Quãobrẽ poſteriori laude anterioreꝫ uituperationẽ euertit. Ego uero poetæ illius exẽplo, egere & ipſe uideor, in his quos habui de amore ſermonibus, contrario cãtu. Deus eteni ẽ amor, haud lãguidior Helena aĩaduerſor ĩ eos a q̃bus ẽ lȩſus. Veꝝ eiuſmodi piaculũ, id eſt, q̃d q̃dẽ aio, tã ualde a nobis expiari oporteĩ. Graue (me Hercule) ac magnũ, q̃dq; nobilẽ aliquẽ, uel poetã, uel expiatorẽ reqrat: Siq̃dẽ placare ſatis oportet ĩtegerrimũ dȩmonẽ, nõ mũere tripodis: nõ decẽ talentis aureis, nõ mulieribus Leſbiacis: nõ Troicis eq̃s: ſed potius pro uteroq; ſermo-

amor dȩmon

ne;quo quaſi falſum atq; ſprobū illū priorē deleamus. Eiuſmodi
pœnā aiunt Anacreontē illū Teiū poetā amori dediſſe. Nutrix in
Panio, Ionū foro infantem deferebat: ea obuiū habēs Anacreontē
madentē, coronatū, labantēq; ab eo p temulentiā uelut iniꝰo, una Anacreon ebri
cū infante ꝓpellitur: qui nequaq̄ ſatis habens propuliſſe, maledi-
ctū etiā in īfantē proiecit. Mulier uero haud aſperius Anacreonti
ſuccenſuit: q̄ ut rogaret Deū: daret quandoq;: ut cōtumelioſus uir
ille, totidem aut ēt pluribus laudibus maledicentiā, illā in puerū
reſarciret: annuit Deus: Infans namq; ſuccreſcens, uenuſtiſſimus
ille Cleobolus efficitur: cui pro minima Anacreon maledicentiæ
pœna multarū laudū ſatiſfecit. Q uid nos hodie prohibet, iuxta
atq; Anacreon ille, amori ſponte cęderet? pro uerberū iniuria: ſinq̄-
bus amorem dyxius: hoīes uel ad adulteriū īpellerciut Alexādrū:
uel ad inceſtū, ut Xerxem: uel ad cōtumeliā ut Critobolū: Q ua-
re enim quiſ ipiū aliquod facinus īputet Deo, nō in eū cōmittat?
¶Q uinobiem cōſideremus hoc mō: Nunquid amor alterius rei,
q̄ pulchritudinis eſt amor? nequaq̄ ſane: fruſtra eni amor exiſtat,
niſi pulchritudinē petat. Si qn̄ igitur dicimus: Dariū diuitias, Xer-
xem regionē grœcoꝝ Clearcū bellū, Ageſilaū honores Critia ty-
rannidē. Alcibiadē ſiciliā aurū Gylippū amare: nunquid certam
in huiuſmodi rebus pulchritudinē cernentes: ac propterea illiciū,
quod ad illā inuitet amorē nuncupantes, dicimus unūquēq; illo-
rū amauiſſe. Hūc quidē huius rei, illū alterius amore conceptū? Mi-
nime id qdē putādū ē. Hoc eni pacto q̄ turpiſſima īter hoīes ſunt
minus decētū noīe exornātes, ueritatē ipſā grauiter offenderemus.
Q uomodo eni pulchritudo, uel in diuitiis cūctaꝝ rerū peſſimis:
uel ī bello īfrmiſſimo penitus negotio: uel in tyrānide feriſſima:
uel īſupbiſſimo auro cōſiſtat? Siciliā mihi narras, aut regionē grę-
coꝝ? uoluptatū nimirū ſpē, nequaq̄ pulchritudinis narras. Si mi-
hi ægyptiā terrā ꝓpterea, q excelſas pyramides, ac tātū hēat am-
nē, ſuel fortūatiſſimā Babylonē, uel Mediā equoꝝ altricē, uel her-
bidā Phrygiā, uel Sardis auro refertas alleges horū ſingula, Tan-
tūdē a uera pulchritudine abſunt, q̄tū ēt a iucunditate ſunt remo-
ta. Auſim dicere: hęc magis ad iucunditatē accedere eo q pōt ex ip-
ſis uoluptatē pcipe: q̄ ad pulchritudinē illi: qui ex eis adiuuantinē

poteſt. Quod enim eſt pulchrũ:id neq; exitioſum eſt unq̃·neq;
lubricũ·neq; flagitiũ aliquod efficit:neq; quẽq̃ ad infortuniũ du-
cit·aut ad calamitatẽ deducit·neq; in penitentiã deſinit: Poſito igi-
tur amorẽ pulchritudinis exiſtere amorẽ·cumq;: qui quicq̃ aliud
q̃ pulchritudinẽ amat·amare uoluptatem: huic (ſi placet) auſera-
mus id nomẽ: proq; amare, cupere reddamus: ne contingeret for-
te·ut uiolata noĩs lege·per inſcitiã: rẽ quoq; ipſam: haud nomen
dumtaxat mutaremus. Eſto itaq; amorẽ pulchritudinẽ petere·cu-
pidinẽ uero uoluptatẽ: nunquid: qui pulchritudinẽ amat: eam nõ
cupit? Sane ualde. Vix enim amor quicq̃ aliud q̃ appetitio ſit. ſed
ueniã a ſapientibus peto: ſi in cõquirendis nominibus illud idem
interdũ appetitionẽ interdũ cupidinẽ dixero. Enim uero ut de ce-
teris omnibus·ẽt de libertate noĩum aſſentior Platoni. Qua pp-
ſi p eos licitũ ſit: dicamus amorẽ appetitionẽ: nõ aũt cupidinẽ ex-
ſtere: Idq; diſtinguamus hoc mõ, uidelicet. Cũ aĩus ad apparens
ducitur pulchrũ: eam rem amorẽ·exploſa penitus cupidĩe uocarĩ
cũ uero aliud præter pulchrũ ipſum peteſſat: cupidinẽ utiq;, id ne-
quaq̃ amorẽ appellari oportere. Quid igitur? ſi proteruus ſophi-
ſta additamẽto illo apparentis ad pulchrũ abutens: pulchrũ con-
tendat in delectatiõe cõſiſtere: atq; ideo ĩaginatiõe capiat: qui dele-
ctabile amet: pulchrũ itidẽ illũ amare: Et huic plane id concede-
mus? Rurſum ſi quis ueros amatores aſpiciẽs: pulchrũ ipſum ap-
petere: quia tñ in appetitiõe pulchri propter admiſtionẽ uolupta-
tis: delectationẽ aliquã cernit cupere amatores, hos uelit nõ amare.
Quomodo fieri ut hæc recte diiudicare ualeamus? Nam ſi de-
lectabilia uidentur pulchra: pulchra uero uoluptatibus miſcẽtur:
amorẽ utiq; in diſcrimen adducimus: ne cupidinẽ habeat admixtã.
Placet ne igitur pulchro apparens auferre: ne qñ uoluptas pul-
chrũ ipm effingens ſub eius ſimilitudĩe nos lateat? uoluptati ue-
ro nequaq̃ auferre? Pulchrũ enĩ ſuapte natura p̃ciosũ: ut ẽt amabi-
le ſit: pulchrũ eẽ oportet. uoluptas uero ſatis habet ad illiciũ amo-
ris·pulchritudinẽ in ſupficie p̃ferre: Tametſi eã nõ hẽt ĩtrorſũ: nã
cũ ea ex patiẽtis oblectatõe magis cõſtituat: q̃ ppriæ ui naturę: dũ
poſſit pulchritudinis imaginẽ mẽtiri: ueritatem ipſam contendit.
Quod autẽ dico eiuſmodi eſt. Sentio enim me propterea q̃ rẽ

ſinguſtũ adduxerim-exemplis indigere. Corpus fieri nõ poteſt,ut
aliter alatur:q̃ ut ciborum collatio-opera dentiũ-inteſtinorũ ſuſce-
ptione-interiorîſq; ordine legis i ipſius ſubſtantiã ſe uertat. Si Epi-
curo credideris-hoium alimẽta ſunt fagineę glãdes ac pira: Quã
obrẽ diſſipata eſt fama-Tellurem ſpõte edere fructus:ideirco q̃ his
qui ex natiuis cibis uiuerent-ruſticus labor neceſſarius non eſſet.
Addito dapium ſtructore-condimentis,diuerſitateq; ciborũ,quæ
aliter huius-aliter illius guſtui blanditur-ut eſt ſiculum ius-Syba-
ritica mollities-ut luxuria perſica:ex oĩbus his uoluptatis ſtruxe-
ris nomen: Quæ quidem cũ cõmuniter habeãt præbere nutrimẽ-
tũ:ſingula tñ ſingulis peculiarẽ quandam uoluptatẽ adminiſtrãt.
Cumq; nutriendi uim ex natura ſuſcipiant:uoluptatis blandimen-
tũ,ab arte mutuantur. Si permutaueris menſas-ſicilienſeſq; adhi-
bueris perſis,et ſicilienſibus perſicas:nimirum uideas utrobiq; ſi-
militer nutriendi uirtutẽ permanere:uoluptatis uero illecebra ad
inſuetos guſtus tranſlata in faſtidiũ uerti. Nutrimentũ itaq; fit ſe-
cundũ ſubſtantiã eius:quod nutriendi uim habet: Voluptas uero
oritur ex affectione eius: qui conſuetudinẽ alicuius delectationis
habuerit. et conſuetudinẽ quidẽ/alius aliam habet. Nam græci,p-
ſæ/Lydi/Phæniceſq;,aut alia natio/cũ uites ſeuiſſent.culturæq; labo-
rẽ adhibuiſſent,ex uindemiatis racemis/uino expreſſo: potionem
ſtruxerunt-ſi quidem utilitatẽ reſpicias/minus neceſſariũ:potiſſi-
mã uero/ſi uoluptatẽ attendas. At Scytharum maxima pars,penu-
de atq; alii uino:uitã lacte ſubſtentant: Aliis uero apes:qua uel in
ſaxis/uel in quercubus cõſtruunt fauos:condiunt potus. Sũt qui-
bus aquarũ riui ac fluenta epota/minime efficiunt: Earum natiua
dumtaxat potione utentibus. Scytharum natio eſt-eaq; (ſicuti re-
or)una:quæ cũ aqua utatur ad potũ/ſi quando tñ ebrietatis uolu-
ptatẽ requirat:conſtruit piram:in quã coniectis odoriferis herbis/
eã circũſidet corona/cuius odorẽ ueluti crateris haurientes: haud
ſecus:q̃ alii epoto uino-in ebrietatẽ uertunt: Quãobrẽ ſaliunt/ca-
nunt ſaltãtq;. Dices quorſũ hęc circũductio ſermõis? Videlicet ut
ex ea mãifeſta diſtĩctio oñdat uoluptatis/ac pulchri. Itaq; ponere
oportet ſcdm neceſſariũ/ac natiuũ alimẽtũ potus ac cibi:ſd (qd di-
cimus)pulchrũ:& qdẽ reipſa pulchrũ/nõ ſola apparẽtia reddẽs

At ſcdm uariã q̃ſitãq; alioꝝ aliter atq; aliter ſeſe oblectãtiũ delecta-
tionẽ uoluptatẽ ſtatuamus:quæ nõ ſolũ eſſe appetat ſed uideri. Ex
his ita ſe habentibus efficitur:ut amor ſit ratio·uirtus·atq; ars·Ra-
tio quidem ſecundum ueritatem:uirtus ſecundum diſpoſitionem:
Ars uero quatenus pulchritudinis ſignũ magis attingit: cupidita-
tes aũt ratione carentium uoluptatum:ſunt & ipſe rationis exper-
tes. Si igitur pulchrum eſſe pulchrum oportet:ut pariat amorem:
quale illud eſſe aut quẽadmodum parere dixerimus amorem: Vis
ne ſecundum Socratis diuinationem audire ex me· q; pulchrũ ip-
ſum ineffabile · oculorumq; exuperans captum animus olim no-
ſter inſpexit:Nunc autem in corporis conuictu·eius memoriam ſõ-
nians·ipſum aut omnino perſpicue ĩtuetur: ut pote qui & loco:&
conditione minor effectus,abductuſq; a primis illis ſpectaculis:de-
truſus eſt in terrenũ hunc locum·denſaq; ac permixta materia ſe-
ptus:Quæ eum perturbat ſimul addictum in certæ uitæ·cõfuſæ·
plenæ tumultu·frequentibuſq; peccatis. Natura autem pulchri
inde initium ſũmens·huc deſcendit:ſenſimq; procedens · eo hebe-
tior efficitur·quo magis antiquum deſeruerit uigorẽ· perinde atq;
nobiliſſimi amnes:qui exeuntes in mare:ſi primo quidem ingreſſu
latitudinẽ pelagi incurrerint· fluentumq; ſuum:unde uentis æſtuſ
fluctibuſq; permiſerint·ex huiuſmodi cõmiſtione priorem commi-
nuunt naturam.Eodem pariter modo·pulchrum·ineffabile·Imer-
taleq;·donec cælum·cæleſtiaq; corpora permeat,in eorum quidem
occurſu:purum·immixtum·atq; integrum manet. At ubi deiceps
a cælo in noſtratia hęc loca defluxit·hebeſcit· uſq; adeo extenuato
fulgore:ut uix eius influxum poſſit agnoſcere maritimus nauta:ui-
dens exilem illum humiq; inerrantem·confuſumq; alienæ naturæ.
At qui fluuii conſuetudinẽ olim habuerit·eiuſq; meminerit natu-
ræ:cũ primũ in eum inciderit·cognoueritq; ex apparentibus ueſti-
giis:quemadmodum Vliſſes·obſubſilientem fumum : exultat·ac-
cenditur·lætatur·atq; amat. Eiuſmodi pulchro,& ſi non nihil aſp-
gitur·aut latiſſimus amnis:aut pululans planta:aũt equus genero-
ſus:horum tamen oĩum pulchritudo ſtupidiſſima obtutiſſimaq;
eſt. Et ſi uſq̃ pulchrum uerſatur in terra:haud alibi magis id · q̃ in
homine pulcherrimo · intelligentiſſimoq; cunctorum terreſtrium

corporum:participiq; animi/ipſius pulchri affinis cernere licet. Propterea qui ſapit:cum ſtatuam uidet/artem quidem laudat/ſtatuam non amat. Qui uidet itidem plantam:eam laudat ob fructus/plantam tamen minime amat. Qui uidet præterea amnem:eius lenitatem cõmendat/amnem non amat. In homine ſpirantẽ/intelligibilemq; pulchritudinem/ſi cernas:exordium ſcilicet futuræ uirtutis: ea tibi & memoriã ſuſcitat/& cogit:minime profecto quod cernis: ſed ueriorem longe pulchritudinem amare. Iccirco Socrates ſpectator erat corporum pulchrorum:quę cum primum ſpectaſſet:minime quidem pulchritudo eum latebat:quę uel paleſtrã ſubiret/uel in academia uagaretur/uel in conuiuio cõmeſſaretur: Verũ more periti uenatoris/per corporea humana/ueriſſimę pulchritudinis/memoria perfectam reſumebat.

QVOD OMNI SVAVITATE LOQVENDI/MELIOR EST PHILOSOPHICVS SERMO .XII.

Lyxem narrat Homerus/nauigio carentem/ex temporariam ratem inſcendiſſe:eaq; paulopoſt/cõtra tempeſtate diſcerpta/coactũ enatare. Quare ſubiciente Leucothea uelum/ad inſulam pheacum appulſum: ſupplicem adiiſſe regiam uirginem:aqua deductus in urbem/exceptus honorifice ab Alcinoo fuerit:ac contubernio iuxta ac Phęacũ optimi honorifice habitus. Eum deniq; idẽ Homerus inducit/eiuſmodi ſermonem cum Alcinoo ordiri.

Ex Alcinoe/pulchrum profecto eſt/optimũ poetam:qualis hic eſt/diuinis artibus exercitus/canentẽ audire: Quid enim lepidius tranquillo populo? Quid iucũdius diſcũbentibus domi cõuiuiis intentis ad cãtum ordine accumbentibus: lauta propoſita menſa/& crateribus plenis? Quęro ex te ſapiẽtiſſime mortalium Vlyxes:putes ne uoluptatem cõſiſtere in onerata carnibus/atq; eduliis menſa? in crateribus plenis? in affluẽtia uini? quibus addatur poeta eos celebrans cantus/quales ille callebat.

Pelidę pugnam ſimul atq; Ithacenſis Vliſſis
Vel ruſũ cõcauũ equũ/in quẽ primores achiuorũ igreſſi/urbẽ cęperunt

tū. Pulchrū hoc pı ꝑcūctis rebus tibi mente uidetur. Peritus nimi-
rum laudor es/o ſapientiſſime Vliſſes/plebeiꝑ uoluptatis:cuiuſmo-
di etiā barbarus laudet:nuper ex Babilone profectus/aſſuetus lau-
tis epulis/uino largiter fuſo:ex temporariiſq; carminibus:tu inq̄ id
laudas:?qui apud alias gentes iucundam cōtempſeris lotum/ac ſire-
num cantilenas? An forte Homerus/melius quiddā eo:quod car-
mina ſonāt uidetur illi innuere:qui ea ſtatim percipiat auditu? Nā
qui dapibus affluenter appoſitis/ac uino in crateras large diffuſo:
conuiuas prꝑterea inducit/Inter huiuſmodi uoluptates/poetꝑ cātu
ſuauiſſimo demulceri:honeſtum proculdubio nobis conuiuiū nar-
rat:cuiuſmodi/qui ſapit ſibi/imitandum proponat:transferens uo-
luptatē a turpibus rebus/ad decoras:ad aures a uentre. Iam uero
ne ſic quidām ſatis eſt:temere atq; impudenter paſcere aures/tibia-
rū ac fiſtularū modulātibus/ſonis/hominumq; tumultuoſo clamo-
re. Sed & hic implorare artem oportet:quꝑ cōmoda quadam har-
monia/epulas aurium cōcinnet. Vnde aūt nobis erit eiuſmodi petē-
da harmonia? Ego quidem haud negarim/ea me ſuauitate delecta-
ri:quꝑ a modulatiōe tibiꝑ/neruorūq; ,uel cuiuslibet alterius muſici
/inſtrumenti/ad aures accedens:prꝑbere nobis queat blandiſſimū
cōcentum. Sed tñ ſuſpicor/ne concentus is:ſatis tēperatam uolup-
tatem apportet. Quꝑ.n.ignobilia ſunt/aut irrationalia/aut etiam
muta:haud multū ad oblectandū animū cōferunt: Siquis aūt ſua-
uitatē:quꝑ a concentibus oritur, conferre uoluerit/cum ſuauitate
ſermonum:ſermones opinor inueniet ſimilitudinem gerere ciborū/
ſicuti concentus odorum/cum ea ſit ciborum non nullorum natu-
ra:ut fꝑcundiſſime nutriant. Odor uero/quatenus odor:adulterinū
ſit negotium:& exiguam uim gerat nutriendi. Paſcendꝑ igitur au-
res ſunt nutrientibus epulis:repudiatis uidelicet odoribus/muſicis
concentibus:inductoq; pro ſimilitudine ciborum/ſermonum alimē to-
to. Si igitur ſermone tantum:neq; prꝑterea aliter oblectari par eſt
ingenuos conuiuas/quos nam dabimus ſermones/illos inter ſe lo-
qui? Ita ſane fert uſus multorum:ut eiuſmodi locutionibus ſuper
menſam utantur:quales ſunt in iudiciis lites:contentiones/captio-
nes/ac rixꝑ:fulcientes iniuſta:turpia exornantes/adulterantes ueri-
tatem. Cum interea nihil ſanum/aut ſincerum loquantur:aut etiā

iacere ſinant intra fines a natura pręſcriptos:quãobrem imitari ui-
dentur mancipiorum mangones/qui cum acceperint corpora ſim-
plicia:ſub puro ſole/ac libero aere educata:umbratili educatõe mol-
lientes:naturalem illam corporis firmitatem/artificioſa omni cura-
tione meliorem labefactant. Simillimum quid agunt/&qui in iu-
diciis uerſantur:eiuſmodiq; malum imitationi huic accũmulant/ut
pręterq̃/ꝙ ueritatem adulterant:eam etiam odioſam efficiunt/inep-
tamq; ab epulantibus animis hauriri. Qua pp minime ego Euia-
num ſpectacula laudarim:quibus inter potandum/tam actores/q̃
etiam ſpectatores ſolent oblectari. Euianes duo ad tibię ſonũ: quã
alter ab his modulatur:ſimulant pugnam:horum alter agricolam/
arationẽq; agit:Alter graſſatoris perſonam/ſeq; ideo armis inſtru-
xit/prope agricolam/quoq; poſita ſunt arma. Vbi graſſator in con-
ſpectum agricolę uenit/protinus agricola/dimiſſo iugo/accurrit ad
arma:quibus acceptis/ dein ineunt pugnam: ineaq;/& ictuum &
uulnerum/& mutilationũ imagines/q̃ ſimillimas reddũt: Specta-
cula uidelicet cõuiuio indigna. Contra Perſicam antiquam illam le-
gem:per quam ſcilicet Perſę libertatem compararunt:maxime pro-
bo. Mos eſt Perſarum/conſilia inter epulas/haud ſecus q̃ Atheniẽ-
ſes/in contionibus/habere. Verum Perſica lex animaduertens in
ebrios/id agit:ut uirtutes epulis ipſis accendat/perinde atq; oleum
ignem. Siquidem pro ſimilitudine olei/ea ratione inſtillẽtur in ani-
mum:ne uel nimium eius ardorem extinguãt/uel etiam tribuãt
ſupra q̃ eius uſus expoſcat. Cum tamen apud Athenienſes ſicci illi
populi ductores/nulla uidelicet lege oratorum comprimente licen-
tiam/peius atq; impudentius/omnibus ebriis in contionibus ſaltẽt
Verum Perſicis ſimul atq; atticis miſſis/reuertamur ad noſtra/con
ſtanſq; ſententia maneat:proborum animorum epulas in ſermoni
bus conſiſtere:minime quidem altercationis/ut ratio dictat. Qui
bus igitur? Num qui animos ad cogitationes ſuperiorum tempo-
rum reuocantes/ſpectatores eos efficiunt antiquorum geſtorum?
Blanda plane hiſtoria eſt/quę nullo negotio auditorem undecũq;
circumfert. regiones cunctas ei ante oculos ponit: bellorum om-
nium præbet/ex tutiſſima ſpecula aſpectum/quæ pręterea longitu-
dinem tẽporis/contra naturæ interdictum/adbreuitatẽ contrahit

inſinitam rerum geſtarum multitudinem/exiguo momento homi-
nes docet/ut ſunt Aſſyriorum/Aegyptiorum/Perſarum/Medorum/
Grecorum: Quos omnes cernas interdum terreſtrem pugnam/
interdum nauticam inire/interdum quoq; in contionibus cōſilia ha-
bere. Sub Themiſtocle quidē nauali prelio cōfligitur. Sub Leoni-
da militaris diſciplina cuſtoditur/Sub Ageſilao mare trāſmittitur/
Sub Xenophonte exercitus incolumis reducitur: Amat quis cum
Pāthia/Venatur cum Cyro: cum Cyaxare regnat: & ſi ideo ſapiens
erat Vlyſſes.

Qui mores hominum multorum uidit & urbes:
Dum redimit ſotiis reditum in patriā/atq; ſalutē. Sapientior mul-
to/qui extra periculum ſaturatur hiſtoria/Charibdim: non tamē
naufragus uidet: Sirenas exaudit: nō tamen uinctus. Cyclopi qui-
dem manſueto tamen occurrit: Si preterea Perſeus beatus/ppea
qua alis uteretur: qbus per etherē uolitans: uniuerſas terre affectōes
ac loca deſpiceret: leuior profecto ac ſublimior habenda eſt hiſto
ria Perſei alis: que animum aſſumens/undequaq; circumfert/mini-
me qdē uel hebes/uel negligens rerum demonſtratrix: Sed quae
uel hominum/uel amnium genituras depromat. Creſus, Lydius
genere erat/& Aliattei filius gentium tyrannus. Dardanus a Ioue
nubiſero primum ducit/ortum, Vrbium quoq; originem enarrat.
Epidamnus ē urbs ſita illi ad dexterā: q Ioniū ſinum ingreditur: ac-
colas habet Talantios/barbaram gentem. Vrbs Ephyre/poſita eſt
Argi interioribus oris/Audi originem amnis: qui ex meridie con-
tra Boream fluens in pontum: qui Euxinus dicitur/aquas emittit.
Hunc ſuperi Xanthum: ſed gens uocat una Scamandrum. Audi-
tio uidelicet eiuſmodi/hominum genus momentaneum/caducū/
mortale/fluenſq; beneficio mēmorie cōſeruat/uirtutetes cuſtodit/
geſta et ob gloriam immortalitati commendat: ob eam ſcilicet cau-
ſam/Leonidas nequaq̄ gloriam accepit/temporibus ſuis dumta-
xat circumſcriptam. Nō Themiſtocles tm̄ a contemporaneis Athe-
nienſibus laudatus. Manet adhuc Periclis impiū: manet Ariſtidis iu-
ſtitia/Crytias dat penas: Alcibiades exulat. Ad ſummam hiſtorica
narratio/& rerum geſtarum ignaros mirifice oblectat: & iis qui re-
bus gerendis interfuerunt/ſuauiſſimam renouat memoriam.

Quas igitur epulas apponas, quæ iucunditate exuperent ſermones? Arduum profecto eſt, cum celebri, ac nobili hiſtorico ſuſcipere certamen. Dicendum tamen, quod & ſi huiuſmodi harmonia & bella eſt, & dulciſſimi concentus, probus tamen animus aliud q̃ id ipſum: quod uos hiſtorici nobis apponitis, quærit. Quod enim operępretium extare poteſt, ex antiquorum malorum memoria: huic qui penitus ignorat, quemadmodum ea utatur? Num Athenienſibus melius fuit ob hiſtoriam atticam? Num Alicarnaſſei ob Ionicam: aut Chii demum ipſi, pp hanc ipſam creuerunt? Siquidẽ qui hiſtoriam texunt, honeſta ſegregantes a turpibus: hæc quidem tegere ſcirent, illa uero celebrare: fatendum prorſus foret: ut ex eorum geſtorum imitatione, beneficium ad animum perueniret: qualis ad oculos uenit oblectatio, ex imitatione picturę. Verũ (ut nũc eſt) mixtum ſimul omnia hiſtoria confundit, maiorq; eius pars in rebus deterioribus moratur, uincunt turpia: crebrius in hiſtoria occurrunt tyrãni, bellatores iniuſti: crebrius fęlicitates temere partæ, ſceleroſa facinora: calamitates præter rationem acceptæ. Tragici caſus: quorum periculoſa eſt imitatio, memoria nocens, infortuniũ perpetuũ. Quãobrẽ accederẽ ad epulas uelim, cibũ ſermonũ saniorum, earumq; eſcarum ſalubritatem requiro: a quibus Socrates, Plato, Xenophon, Eſchines ſanitatẽ acceperũt. Cupit animus hominis, timet, dolet, inuidet, & ab aliis multis affectionibus urgetur. Pugnam itaq; uides acerbam, & impacabilem: huiuſmodi mihi bellum narrato: faceſſant interim prælia medorum: Huiuſmodi mihi morbum ediſſere: peſtilentiam illam ueterem dimitte; Dic cuinam huius belli imperium, aut cui curationem huiuſmodi cõmittam? ſine Hippocratem corpora curare: ſine Themiſtoclem gerere maritimum bellum: profer obſecro animi medicum: profer imperatorem: minime tibi homines ueniunt in mentem? Accedas ad Deos: uerum caue eos obtundas, ob agrum uaſtatum: ne contra piratas: aut męnium expugnatores, opẽ in plores, puſilla iſta ſunt, etiam ſi Peloponeſi abſtineant ab armis; ut latrocinia ceſſent in mari, Athenienſibus etiam ceſſantibus? Dubitas quin męnia quaſſentur, auctore non Philippo, ſed tempore, tabeſcent omnino cor-

pora·q̃ uis abierit peſtilentia. Virtus autem floreſcit in dieſ magis/ nec prædæ ulli·nec captiuitati obnoxia: Pro hac ergo·deos alloquere: tunc cum animus cęditur: ſpoliatur·oppugnatur tabeſcit·opus habes oraculo diuinationeq;·tunc precandus eſt deus ſaudi Apollo·ac Iupiter·ac quiſquis alius Deus·inuenitur animi medicus infirmi·lucũda in tẽplo·ſi quo tibi tempore feci. Audiet ſcilicet Apollo libentius iſta: q̃ Cryſem precantem. Non enim deum ad excitandum peſtem ſollicitas: aut ad emiſſionem lętalium ſagittarum inuitas. Minime uel canibus·uel hominibus·uel auibus necem inprecaris: aliena huiuſmodi ſunt·a muſico ſapienti: ac præſcio futurorum deo. Verumenim uero·iccirco celebrata fuerunt ab Homero: q; is occultam ſignificationem·radiatus ſolaris agnoſſet: ocyus omnibus ſagittis aerem permeantis·ac qualibet recta corporum compoſitione ſimplicioris. Mihi·itaq; aut Homerus·aut Heſiodus·aut quilibet alius diuinus poeta·Deum affectionũ animi medicum celebret. Vtiq; hæc ſunt Apolline digna: digna etiam Ioue.

¶ QVOD BELLATORES CIVITATI VTILIORES SVNT/QVAM AGRICOLAE. SER. XIII.

P OTES DICERE·Quos nãm uocat in carminibus ſuis Homerus genitos Ioue/ſimiles Diis·populorumq; paſtores·aut aliis denominatiõibus dignatur·quibuſcunq; fas eſt poetam·uiri cuiuſpiam celebrare uirtutem? Num eos/qui fodiendo arandoq; humum exercent·harum artium gnari·ſerendis præterea plantis·colligendis meſſibus·atq; ordinandis uitibus induſtrii? Vel potius duxit indignum horum hominum opera/uel etiam leuiter carmi-

nibus ſuis delibare/præterq̃ ſenis cuiuſdam inſulani:cui ea tribuit facere:poſtq̃ a contumelioſis iuuenibus euerſus imperio eſſet / ac propterea lapidoſo quodam uitiferoq; in agro-humi ſuper folia iaceret-/ quietem per ęſtatem capiens. Quos uero beatos effingit/ quoſq; laudibus gaudet inſignire : alii uiri ſunt / aliis ſtudiis negotiiſq; impliciti-ut inſtans Achilles:ut Aiax ſingulari pugnans certamine:ut ſagittator Teucer:ut ſtrenuus Diomedes-uel alius quiſpiam ab ſtrenuitate laudatuſ.Plena ſunt carmina Homeri/Clypeis magnis-conſpicuis criſtis/prælongis haſtis. Plena curribus ornatis-currentibus ęquis-plena ſtrenuis uiris edentibus cędem:plena cędibus ignauorum. Ipſum Agamennonem uniuerſi exercitus Regem-haud meliori laude impertit:q̃ q cum nominans Regẽ-etiã addit bellicoſum:quaſi unicum hoc opus deceret imperantem » atq; ait Agamẽnonem utrunq; ſimul & Regem-& bellatorem optimum eſſe. · Nam cum Menelaus minime inferior Agamẽnone eſſet-quantum attinet ad regnum-mollis tñ erat in bello-atq; ideo parum poeticæ laudis retulit ab Homero. Hic igitur Agamẽnon quamobrem clarior erat cęteris græcis ? nũ propterea q maneret in Argo-opimi agri poſſeſſor?ut excolẽs ipſum-fructuoſiorem redderet ægyptiacis agris? Vlyxem enim audis magnifice de Ithaca loquentem:aſperã qui eam appellat.ſed optimam hominum altricem. Viderat ſcilicet ſapiens uir;quantum interrerat inter uirilitatis fructum-ac triticum & ordeum : aut aliter uberem humum ? Mitto Homerum-ne te forte ſuboffendam-/ ſermone:in quo uteret teſtimonio poetæ bellorum nimium ſtudioſi. Vin potius poſt Homerum uel Laconica-uel Attica-uel Cretica-uel Perſica addamus ? Placet Sparta / tanq̃ optimis legibus inſtructa : Lycurgus quoq; ipſe cur alium laudatorem requirat / poſt Apollinem ipſum. Is namq; in hunc modum de illo locutus dicitur. ¶Te ne uirum magis-/ an diuum Lycurge uocarim?Is itaq; Lycurgus-quẽ Deus aſſimilat Deo:cũ leges Lacedemoniis cõderet-atq; adeo Apollinẽ cõſuleret:q̃les ciuilitatis mor̃s alũniſ ſuis traditurus eẽt;utrũ p̃ſtaret eos agricolatõem ſuſcipe-ac rẽ propriam ſeruare-Humile quamuis negotium-/ reſtrictum-operariumq; eſſet. Iuſſus

Lycurg⁹ laudat᷒ ab Apolline

Ilotes eſt puſilla hæc illotibus mandare·ſeruili admodum genti·ac circū-
ſtantibus Lacedęmonē populis:meros uero ſpartiatas liberam·in-
trepidam·erectiq; animi gentem ad libertatem ali·tolerandis uer-
beribus·ictibuſq; aſſuefieri·uenationibus montaniſq; itineribus·
multiplicibuſq; aliis laboribus exercitari oportere:ut ubi ſatis his
ſtudiis obduruiſſent:clypeū atq; haſtā ordine capeſſens·ſub duce le-
ge ſciret ꝓ patria libertate pugnare·ac Spartā tueri. Itaq; Lycurgi
præcepta æmulantes·parent deo:qui ſi potius occupari in re ruſti-
ca maluiſſent: quis unq̄ Leonidas pro ciuibus ſuis·in Thermopy-
Duces Spartani lis impreſſionē Perſarum excepiſſet? Quis Othriades ī Thirea ui-
ctoriam adeptus eſſet? Sed nec Braſidas coluit agrum: nec Gilip-
pus a meſſibus mouens·Siracuſanos conſeruauit. Neq; etiam Age-
ſilaus uineta relinquens·Tiſaphernem uicit. Regiam terram popu-
latus eſt Ionas:atq; Helleſpontum in libertatem aſſeruit. Non ra-
ſtros Callicatrides tractabat·non ligones Lyſander: non aratrum
Dercyllidas. Seruilia atq; illotica eiuſmodi proteguntur clypeis:
neq; aliter q̄ telorum auxilio propulſare periculum queunt:ſuntq;
uirtus in armis omnino mancipia uictorum. Ipſa uirtus in armis permanſit. Athe-
nienſium concidit agrum: Argiuos ac Meſſenos ſubegit. Quæ
ubi cum Spartiatis cępit delaſſari·abiectis armis·ex liberis agricul-
tores euaſerunt. Liberi fuerūt & Cretes:ſed tum cum uerſabantur
in armis:cum ſagittandi ſtudium habebant·cum uenabantur: eo-
dem tempore & ſerui & ruſticis occupationibus dediti fuerunt. Li-
Liberi pręterea Athenienſes:quo tempore Cadmęos oppugnabant·
Iones in colonias deducebant·ſuſcipiebant Heraclidas·eiciebant
Pelaſgos. Tunc ſerui cum Piſiſtratidæ ereptis populo armis, eum
rei ruſticę ſeruire coegerunt. Hi rurſus inuadentibus Medis·negle-
ctis agris ad capeſſenda arma·procurrentes·eorum auxilio liberta-
tem reſumpſerunt. Cynegirus qui liberauit Athenas·alienus lon-
Cynegirus athenas liberat ge erat a ſtudiis ruris. Callymacus qui repulit Medos·minime cau-
ſam cum meſſibus habuit·neq; Milciades agricolas in exercitum
duxit:ab armatis præclara facinora eduntur:pugna uictoriā·uicto-
ria parit libertatem. Idem Athenięſes·tunc cum opportuit cōmit-
tere ſe mari:terrę·ſalute plurima dicta·incēdendā patriā linquētes

armis dum taxat arreptis triremes inſcenderunt:ſicq; ciuitas Athe-
niẽſis-pp̄luſq; continentis habitator-nauigauit:nauigãs naualem
edidit pugnam-pugnans uicit:uictor & terram obtinuit & mare.
Laudo Periclem : qui eam rationem ſecutus eſt belli : ut negle-
ctis agris-neglectaq; uaſtitate Acharnarum ſibi ante oculos iacen-
tium:unius Athenarum libertatis ſeruandę habuit curam:manẽte
enim libertate-manet & ager:manent arbores-ſegetes manent.
Mittamus Gręca:ſermonẽq; ad barbaros feramus. Colunt Aegy-
ptii humum:pugnant Scythę:Scythę uiriles animos gerunt:for-
midoloſi prorſus ęgiptii. Liberi Scythæ-mancipia Aegyptii. Co-
lunt Aſſyrii agros-pugnant Perſę-ſeruiũt Aſſyrii-regnant Perſę.
Pugnarunt prioribus temporibus Lydi:poſterioribus agricultu-
ram ſuſceperunt:Sed tum pugnarunt cum liberi erant:tunc cum
redacti in ſeruitutem fuerunt-ad agriculturam ſe uerterunt. Trãſea-
mus ad animalia-ibidem intueri licet;& libertatem & ſeruitutem-
uitamq; ex uirtute & fortitudine deductam. Bos arat:equus certat:
ſi negotia hæc commutare uolueris:naturæ uiolaueris legem. Ani-
malia pauida uitã ſubſtentant ex herbis-Ferocia uenatione famẽ
depellunt. Ceruus depaſcitur herbas-leo uenatur. Gracculus ſemi-
nat legit-aquila uenatur. Quæ colligunt ſemina-& quę uiuunt ex
herbis-ea prorſus ſeruiunt cuncta : Quæ uenationibus aluntur:
libertate utuntur. ſi uero recipere licet-& fabulas de diis loquẽtes:
neq; Iuppiter agricola eſt-neq; Minerua-neq; etiam uel Apollo:
uel bellipotens Deus:qui quidem principatum obtinent inter cęte-
ros deos. Verum agriculturæ ſtudium-idq; etiam tarde-poſt lon-
gos errores ad Cererem peruẽit. Tarde etiã Liber pater poſt Cad-
mum Pentheumq; agri effectus eſt cultor : Tarde Triptolemus
poſt Erechtheũ-ac Cecoprem. Placet ne regnum recenſere Satur-
ni? Quęnam ratio agriculturę eo tempore habita eſt? Sed neq;
noſtratia hęc tempora-eam artem depoſcunt-ubi minime defatiga-
tur-& tellus natiuos fructus proferre. Nam ſi popoſceris cibum-
eum tibi ſuppeditent fagi piriq;:popoſceris potum-habes Nylum
Iſtrum Acheloum-Meandrum-compluresq; alios crateres perem-
nium-purorum-ſobriorumq; liquorũ. Sunt hęc quidẽ agriculturę
dona-ſed ea nequaq̃ ſenex Icarius-Boetius ue uir-aut Theſſalus

dedit. Ipſe ſol ac ſplendida luna imbres uitales, uenti ſpirantes, tempeſtatum uiciſſitudines, parturiens humus eſcas, arboreſq; minime humanæ indigas artis, adminiſtrant. Eandem agriculturam, nec fames, nec peſtis, nec bellum poteſt inhibere: ut quamuis uel ſeminis uel aratri copia nulla ſit: ſponte tñ hæc omnia naſcantur. At ſi cupis Libycam lotũ: ſi Aegiptiacum triticum: ſi Atticũ oleũ: ſi Leſbium uinum: num non intelligis artem te ad uoluptatis obſequium transferre? prorſuſq; liberos labores cum obnoxiis laboribus: liberam uirtutem cum obnoxia agricultura conferre? Pacem nequaq̃ conferes cum Bello: quod ſi agricultura eiuſmodi eſt: quæ pro pace habenda ſit: faceſſat bellum: cuncti agriculturam capeſſamus, abiectiſq; armis, arripiamus ligones: ut qui in exercenda humo fortiter ſe gerat, & cęteros agricolas exuperet: eum ut fructuoſum celebremus, illi uictoriæ pręmium feramus: eundem habeamus & optimum. Vt uero nunc eſt: regnat bellum, regnat iniuria, cupiditateſq; undequaq; per uniuerſam terram uagantes: cient inmoderatum habendi appetitum: plena ſunt cũcta exercitibus, aliena domicilia inuadentibus: celebratur fama ſpecies Peloponeſię fęminæ. Nauigat barbarus uir, uſq; ex Ida, non rudis quidem colonus: ſed (quod eſt omni agricolatione manſuetius, ocioſius, tranquilliuſq;) paſtor ac bubulcus. Eſtuat Cãbyſes deſiderio Aegiptiacæ terræ: deſiderium uidelicet illud, bellũ exciuit. Cupiuit Darius Scythiam: bellum illatum eſt Scythis, cupiditaſq; illa tranſlata ad Eretriam eſt, Athenaſq; ipſas: cuius cauſa tot exercitus arma ſumpſerũt. Capitur Eretria: nauigat ad Marathõem. Cupit Xerxis uxor Lacenas, Atticas, atq; Argiuas ancillulas: ut unius fęminæ cupiditati ſatiſſiat, transmarinæ claſſes implentur. Deſeritur Aſia, euertitur Europa. Cupiunt Athenienſes Siciliam, Ioniam Lacedemonii, Thebani principatum Gręcię affectant: O deſideria uniuerſę ſimul Gręciæ acerba: ubi gentium agricultura tuta cõſiſtat? ubi inuenias aureã pacis perſonam? Quęnam orbis pars amatoribus uacat? Aſcræ hyeme mala, æſtate grauis, accedamus ad Aſcram, at Boetia eſt populifera: Libya longinqua: attamen herboſa: Remotiſſima Indorum regio eſt a finibus noſtris: Macedonem tamen amatorem inuenit: qui magna mortalium manu, permultiſq;

bellis acceſſit ad eam. Quonam ſe quiſpiam uertat: ut ſecurā agriculturam inueniat? ubi cuncta ardent bellis armiſq; ? ergo.

Aut docte iaculum exacue clypeumue teneto:
Aut uelocis equi paſtu, pręſepia comple.

Etenim pulchrum eſt colere agrū: dum tamen permanere in opere poſſis: dum ſit otium: dum facere id tuto liceat. Metuo enim ne eiuſmodi pulchritudo & contentiones excitet & bellum. Sentētia eſt antiquiſſimi uiri. Optima tellus obnoxia maxime eſt incolarum uiciſſitudinibus. Attica regio pp ſterilitatem ſoli, immutabilis permanens, eoſdem ſemper indigenas habuit. Audiſti unde oritur bellum. Itaq; ab agricultura contine manū: ſine eam incultam, ſqualentemq; manere: niſi ames, & contentiones, & bellum cōciere.

QVOD AGRICOLAE VTILIORES SVNT QVAM BELLATORES XIIII

VSCIPERE Patrocinium decet uillicę turbę, quando ita exigit iudicium pñs, ut oratione non armis ſit agendum. Et ſi decernere rem opus eſt armis: in his quoq; nequaq̄ poſterior erit agricola, q̄ miles. At hoc ipſum conſiderabimus alio tempore. Vt nunc eſt diiudicare decet horum hominum ſtudia, ſermone, nō gladio: neq; uerendū erit Homeri p̄iudiciū: ſiue cuiuſpiam alterius eloquentia Homeri potioris. Quod ſi ēt facere uideatur ad rem, Poetam alium ex Helicone uocemus, gloria nequaq̄ Homero inferiorem ſęculum pręſens, ſic incuſantem:

Qui primi gladios hominum ſtruxere nephandos:
Primi & aratoris roſerunt uiſcera thauri.

Etenim q eiuſmodi facinora pbat: ꝯs ĩgeniū pdit hominis, humanę uitę ipſo belli uſu grauioris: a quo uſu, q̄ uis iniuria abſit: neceſſitas tn̄ ĩ eo miſerabilis apparet. Huiꝰ aūt rei cōſiderationē ĩgrediamur hoc mō. Hominū alii iuſti ſūt, alii iniuſti. Nū igr̄ pugnāt iuſti cū iuſtis? minime. Cur. n. eos, q̄ ęquabiliter ſentiūt digladiari ĩuicē oporteat? pugnāt igr̄ ĩiuſti, hiq; aut iuſtos oppugnāt aut ſibiſimiles iniuſtos: ĩnęq̄biliter. n. ad alterutros ſe habēt, tā ad iuſtoſq̄ ad iniuſtos.

iniuſti:pugnāt uero aut qui tenues ſunt/cupiētes melioribus ęqua-
ri/aut prępotentes/dum quęrunt augeri. His ita ſe habētibus/tres
hominum ſtatus nobis prodidit ſermo:quorum unus oſtendit/
quicquid cenſetur nomine iuſti/minime unq̄ pugnare inter ſe: ſed
potius perpetuam pacem/ac perpetua fędera ſeruare. Alii duo indi-
cant pugnam tunc cōmitti cum aut iniuſtus oppugnat iniuſtum/
aut idem etiam impetit iuſtum. Ęcce iam bellum apparet: quod ab
iuſtis geritur uiris/neceſſariam cauſam habere: uoluntarium uero
eſſe: quod inferunt iniuſti. Verum.n. uero iniuſtorū rem quid cō-
ſiderare oportet? Scilicet timendum eſt/nequis eos ad participan-
dam laudem inuitet? Si ergo uiri iuſti nō uoluntate/ſed potius co-
acti bella ſuſcipiunt: ſiue ut facinoroſos homines Herculis imitatio-
ne/ad ſanitatem cōſilii/redigant/ſiue ut ī uaſores repellant/quę cau-
ſa gręcos aduerſus Medos armauit/utram quęſo conditionem iu-
ſti magis accipient? Num ſoluti neceſſitate pugnandi/bellicā amit-
tere uirtutem? An potius una cum inuito illo uſu pugnandi/ne-
ceſſariam uirtutem retinere? Ego (me Hercle) cenſuerim alteram
illam/priores accepturos. Nā & medici (ſiquidē boni uiri exiſtāt
charitatemq; habeant ad reliquos homines) medicinę interitū: dū
tū ſecū auferat morbos: exoptabūt. Age agriculturā inſpiciamus:
Nūq eā ſequuntur/eundē modū obſeruēt: q ī actionibus bellicis
ſeruat? Terrā mortales uerſāt/aliq̄ iuſtitiā ſeruātes, aliq̄ ſpernētes.
In eo aūt ſeruare eos iuſtitiā dico: ī quo ad utilitatē hominū terrę
colligūt fructus: ī quo uero augēdę rei: ſup̄ quā decet ſtudiū īpen-
dūt, iniurios uoco. Hic etiā iudicio ē opus/nō (me Hercle) eo: q d de
uniuerſa ſimul agricultura ſentētiā ferat. Nā cauere opportet/ubi
totū hoc agricultionis negotium/tam iuſtis/q̄ etiam in iuſtis com-
mune eſſe apparet: Ęadem autem cōmunio belli gerendi/iuſtos pa-
riter tenet & in iuſtos: ne nos p̄ns ſermo decipiat: qui nequaq̄ inter
agricolas/bellatores uidetur conſtituere diſceptationē. Sed potius
iuſtū cum in iuſto cōmittere: Supponētes igr̄ ambos iuſtos eſſe/
tam agricolam q̄ bellatorem: bellatorem quidem/quem neceſſitas
ad pugnandum ſpellat: Agricolā uero qui coactus uitę ſuccurere
exerceat humū. Vtrūq; conſideremus hoc modo: Quāuis q̄d hęc
loquor? Si.n. ambo ęquabiliter iuſti/ęquabiliter boni/ęquabiliter

laudandi:ambo etiam uictores pariter abibunt. Quare ſublata ab utroq; iuſtitia/ambos conſiderare ſatius eſt/tanq̃ iniuſtos. Hic etiã aduertere oportet, ne ſi eos dixerimus ęqualiter iniuſtos eſſe; æqualiter quoq; illaudatos dimittamus. Quemadmodum uero iudicare/quę dicta ſunt deceat/enarrabo. Diuinare mihi animus uidetur/ex ſermonibus Platonis eſſe hominum genus: quod nec acriter ad amplectendam uirtutem feratur: neq; omnino uolutetur in uitio/utens. ſ opinionibus rectis/ſub lege/ſapienti edutatũ atq; eruditũ. Eiuſmodi igitur genus biſariam diuidentes/alterum agriculturæ/alterum bellicæ rei deſtinemus. Et ut eſt hominũ genus ancipitis naturæ: ut pote quod in medio uirtutis ac uitii poſitum/ſuſpenſum animum gerit: alterutrius ſtudia ſpectare oportet/in utram partem propenſius ferãtur: quod quidem uidebimus hoc modo. Maximũ hominis malum cupiditas eſt/utrum potius cupiditatem efficere ſolet bellum/ne/an agricolatio? ſane alterum inexplebibile eſt/alterum parcum. Videlicet inexplebile eſt bellum: agricolatio parca: Multiplex bellum: ſimplex agricultura: Incertum bellum: conſtans agricultura. Nam quid incertius bellica fortuna? at labor terrã exercens/manet inconcuſſus. Bellum ex ſecũda fortuna audaciã ſumit: Agricultura ab ubertate fructuum/moderatior fit. Et ſi iracundia aſpera eſt/hominis contubernalis/& præceptoris frequens officiũ requirit: quid nã magis iracundiã incendere ſolet/armis ac bello? Cõtra quid mitius agricultura? & ad uirtutes ipſas uterq; ſic ſe habet: primum quidem cũ temperantia armatus: qui ſi uiribus & animo pręditus ſit: impudentior eſt/ſi pauidus offenſioni magis expoſitus: & audax quidẽ magis/ac magis temerarius eſt. Debilis aũt armatus/redditur audacior. Idem ſi uoluptarius ſit/fiet ad uoluptatẽ profuſior: contra ex agricolis qui magis eſt robuſtus/froctuoſior: qui debilior ſanior: qui timidus tutior: qui uoluptarius moderatior eſt. Videamus iuſtitiã deinceps: Bellum eſt iniurię magiſter: agricultura iuſtitiæ: bellator rapiẽdi ſtudium ſequitur/& alienis inhiat bonis: tuncq; putat ſecum optime agi/ubi maxime iniurius eſt: cumq; per iniuriam uoti compos efficitur. Apud agricolas ęqua accipientis ac dantis conditio eſt: Iuſtum cõmertium: plantis inſeruis? recipis fructus: ſegetes aras? alimoniam metis. Excolis uitem?

uberem uidemiā agis·Excolis oleā:ea ꝑpea floridior ſit:Aricola neminē terret:nemini infeſtus:oībus charus:expers cruoris:exps cędis.Sacer ꝑterea·caſtuſq; cultor ruſticoꝝ Deoꝝ:ſiue illi frugibus ſiue torcularibus : ſiue areis·atq; arationibus ꝑſint.Aeq̄liſ omnibus eſt agricola in ſtatu populari:Nihil.n.ex cunctis rebus:ęquę ac paucoꝝ potentiā tyrānidemq; agricolatio odit.Huius minime alūni fuere Dionyſius·ac Phalaris:Veꝝ ambo hi·ab armis auſpicia duxerunt:ſed utros potius ſolēnibus feſtis·ſacrificiis·conuentibuſq; habendis iudicabimus idoneos?Non ne miles celebrator eſt in cōcinnus? Agricola aūt maxime cōmodus.Ille ſacrificiis omnino aduerſus:hic uero familiariſſimus.Ille etiam cętibus hominū meruēdus : hic mitiſſimus:Nec mihi priores aliqui cōſtituiſſe ſcelebritatēſ ſacrificiaq; deoꝝ·q̄ agricolę uidentur.Primi hi ad torcularia ſtātes·Dionyſiacos choroſ inuenerūt. Primi in areis Cereris ſacra peregerunt.Primi Mineruæ ob oleę inuentum diuinos honores impenderunt.Primi primitias fructuū·auctoribus Diis obtulerunt : quibus ſane rebus credibile eſt potiuſ Deū delectari·q̄ decuma:quam uel Pauſanias conſecrauit ex manubiis·uel obtulit Lyſander. Primitiæ ex bello cultus deoꝝ ſunt·a calamitatibus cauſam habētes. Agricolarum preces mitiſſimæ ſunt·ſacrificiaq; rite ſācte ac de propriis laboribus oblata uel calamitatū uł flagitiorum omniū expertia.Et ſi continuanda inueſtigatio uidetur·ut uterq; cum ſapientia ſe gerat·alterum dicemus ſapientem eſſe in bello.

Scutigeroſq; uiros & equos ornare peritum:

Quod quidem fędiſſimum·triſtiſſimūq; eſt·ex cūctis negotiis humanis:alter uero·qui in agricultura ſapit:

Pleiadum exortu ſegetis auſpicia ſumit :
Ipſo autem occaſu terram proſcindit aratro.

Obſeruat ꝑterea ānuas tēpeſtates·curſum lunę,exortū aſtroꝝ·imbrium modos·oportunitates uētoꝝ.Placet etiam in his uiris inquirere corporū uirtutē·fortitudinēq; inferendo labore.Itaq; dicendum per rara tempora militibus occurrere:quæ eos in laboribus habeant.At agricola cōtinuo labore exercetur:ſub dio degit·amicus ſoli:domeſticus niuibus:compactis membris·diſcalciatus·manu promptus·peruigil·pedibus pernix·ad ferendum robuſtus ·

Decuma manubiarum a Pauſania

Quē ſi pugnare oporteat/militē uideas exercitatū in laboribus ueris/quales expertus eſt Darius in Maratonia pugna/quo tpe Athenienſiū ciuitas militibus utebatur/minime q̄dē grauiter armatis/ſagittariis/nautiſ/equitibusue:ueꝝ ex pagiſ tributim delectis agricultoribus.ſ.Nā cū barbaroꝝ claſſis ad Marathonē acceſſit/ex agris cōcurſus factus eſt frequens:militū ęſtuantiū ira.quoꝝ alii ſe aut ligonibus aut uomeribus/aut falcibus ueluti legitimis telis muniebant/aduerſus hoſtes.O/exercitū pulchrū propria opa utentē:liberatiſq; redundantē:O/telluris agriculturęq; optimos/ac generoſos fętus:ut libet ueſtras uirtutes in cęlū efferre?ut laudare animus geſtit arma qbus.n.armis ꝑ uinetis/atq; oliuetis patriæ terrę pugnaſtis:īmenſoſq; labores pertuliſtis.Cū his iteꝝ ad agrū rediiſtis ex bellatoribus agricultores/ex agricultoribus fortiſſimi uictores.O honeſtā cōmutationē:At Perſas in exercitu pellices ſequuntur:ut ꝑ chariſſimis rebus pulcherrime dimicent.Agricola mmus ſtrenue/a chariſſimis uinetis oliuetis/ſegetibus/uaſtitatē repellet:ſi uero cū hmōi militę cōferre uolueris:quę īſecuta ſunt tpa/plures q̄dē inuenies milites:ueꝝ minime uictoreſ.Armatos/at mercēnarios.Armatos/at educatos in umbra.Armatos/at cōtumelioſos.In Sicilia uictos/captos in Heleſponto.Si Perſica recenſere uolueris:ibidē ēt inuenias milites/ab agricultura deductos.Q n̄.n.q̄ndo uicti ſūt Medi a uictoribus Perſis?tunc nēpe cū adhuc Perſę occupatiōes ruſticas habebant.Medi uero arma tractabāt.Cyrus aduerſus eos exercitū duxit/ex militibus in Paſargadis/aſpera nimiꝝ regione exercitatis:ꝓpria manu militaria opa ędeř aſſuetis.At ubi ſe pſę ab agricultura reuocare/agroſq;/& aratrū/ſegeteſq; poſthr̄e cęperūt:tūc tunc maxime una cū inſtrumento ruſtico uirtutes ēt ipſas abiecerunt:

SERMONES OPTIMOS ESSE/QVOD OPERIBVS CONSONENT. XV.

P Rofectus eſt olim in Gręciā/oris abuſq; Scythicis ſapiēs uir lōge primus barbaroꝝ cunctoꝝ:quos Scythia (ut tū erant tpa)tuliſſet/ſapientię minimę uerboſæ/loquacitatis ue amator:ſed q totius ſapientiæ caput locaret

in uita pfecta·in ſanitate mentis·in breuiloquentia ſignũ attingente: quę imaginẽ gereret nõ mercenarii peltati·temere atq; improuide curſantis:ſed potius ſtatarii militis·certo paſſu gradientis·ſeq; tute mouentis: Hic cum peruẽiſſet Athenas in ſtatarium quidẽ ibi neminẽ icidit:ſed in peltatos pmultos:quorũ cõcurſationẽ tumultũq; cũ minime laudaret·Anacharſis·circuiuit reliquam græciã,deſiderio ductus firmæ·ac ſtatariæ ſapientię:quã ſi quo alio inuenerit loco:haud ſatis noui. Conſtat tñ reperiſſe eũ·Cheñis oppidulo ad modũ tenui:uirũ probũ nomine Myſonẽ:cuius probitas eiuſmodi erat,ut pulchre regeret domũ:tellurẽ cõmode curaret: prudẽter nuptias cõciliaret·ingenue pueros aleret. Itaq; pegrino illi Scythę uiſum eſt·minime ſibi amplius laborandum eſſe in quęrẽda ſapiẽtia·garrula,apparentibus opibus Myſonis:quę qdẽ ſedulo iſpexit. Vbi ea aũt inſpexiſſe ſatis ẽ uiſus,ait ad eũ Chenens Myſon. Nos uero o Anacharſi·neſcio ſane cur pp hæc uideamur hominibus ſapientes. Verũ ſi ſapiens ego ſum·iccirco q hmõi ſtudiũ ſequor:quo ſe tandẽ recipiet id:qd dicitur inſipiens? Adamauit itaq; maxime Anacharſis I hoſpite græco·copiã opum·parſimõiã uerboꝝ. Pythagorę ſermões legibus ſimiles fuerũt:breues. ſ. ſũmariiq; in uerbis:in opibus prolixi:q neq; nocte neq; interdiu unq̃ animũ remitterẽt·ſinerentq; ad langorẽ,ac deſidiã laxari. Nã queadmodũ inconcentibus muſicis·ſiquid (quãuis admodũ exiguũ·pteritũ ſit:diſſipet elegantiã concentus)ſic ẽt uitę conſonantiã·ſiquidẽ ea incõpoſitionẽ fugere debet:ac nequaq̃ temere traduci:cõcordes hr̃e oportet·opibus ſermones. Ita ut neq; opa nimis tecta ſint:neq; ſermões ſupiores opibus·tanq̃ in anguſtum uaſculũ infuſi·undiq; ab eiuſdẽ labris exundẽt. Verũ altrinſecus concordes effecti,debent·eandẽ menſurã·eandẽq; plenitudinẽ ſeruare. Quiſqs igr̃ concentũ hunc amat, uultq; ut ab opibus modulatus ſermo oriatur: Hic ne in eloquẽtia gloriabitur? minime. Atqui·nemo pauones,q ex cunctis auibus intuentiũ oculos maxime oblectent,cum tñ ea pulcritudo parũ eiſ cõmoda ſit·ad uolatũ·in quo cõſiſtit auiũ robur·putat ob pulchritudinẽ beatos. Luſciniarum cantus iucunde auribus accipimus·uoluptas tñ·quã ex ea re capimus:nihil auibus illis confert ad ſalutẽ. Ex aquilę clangore:ex leonis rugitu·cũ offenſione auriũ nr̃aꝝ

cognoſcere licet·uires aíaliũ:quæ ſonitum illum edunt. At ſi nec
ineptius·nec debilius hominis uox hominẽ prodit:q̃ leonem pro-
prius rugitus·uel aq̃laſ clangor. An quæſo indignũ homine ẽ au-
ribus captare? exauditus loquentis hominis ſonus, Luſciniæ ſitæ
auis pauidæ ac momẽtaneæ linguæ:an potius aq̃læ? uel cuiuſpiam
alteriuſ aíalíſ maſculi/atq; iracũdia præditi? Zopyrus ille oculorũ in-
tuitu·corporũ formis occurrens certus iudex·uateſq; erat:& animi
& morũ per incertã diuinationẽ ſpectabiliũ rerũ. Quæ.n.cõmixtio
corporis·atq; aíæ eſt ad ſimilitudinẽ agnoſcẽdã? & ſi demus diuina-
tionem in aía cõſiſtere·ea ex leuibus atq; obſcuriſ argumentiſ hrĩ
nõ poteſt. Dandũ ẽ oculis cõſuetudinẽ cũ figuris·ac coloribus hrẽ
poſſe:ex q̃bus uel delectationẽ·uel offenſionẽ aliquã accipiant. Au
ditui ſatis eſt ad orõnem probandam:ſi lingua id quod inrẽdit:bel-
le attingat:ſi uocabula facile fluãt:ſi uerba attica:ſi ambituſ uerbo-
rum·nequaq̃ ſit durus.ſi concentuſ aures demulceat. At hæc oĩa ſe-
cundũ poetam in fabula·quæ Bacchus inſcribitur·ſunt racemi gar-
rulitates hirundinum'cantus·corruptioneſq; artis. Dicat hic aliq̃s:
in quo igitur cõſiſtit pulchritudo ſermonis? Nõ dũ me amice id ro-
ges:ipſam utiq; aſpicies pulchritudinẽ:cũ primũ ad eius pueneris
cõſpectũ. Quis.n.Cimẽrio homini narrare ualeat pulchritudinẽ
ſolis? Quis mediterraneo figurã maris oſtendat? Quis ẽr deum
Epicuro? ſpectaculũ hoc minime nobis narratione ĩnoteſcit. Verũ
ad id opus ẽ ſcientia:donec n.fidẽ nõ habueris ſcientiæ·iudiciũ ne-
ceſſe erit ſemp errare. Quæcũq; humus emittit·uiator obiter ua-
rio ſenſu intuetur. Sed agricola ſano iudicio ſpectat. Hic florẽ plan-
tarũ laudat:ille uel magnitudinẽ uel umbram. Hic colores plantarũ
extollit.agricola nihil præter fructũ:qui emolumentum aliquod af-
ferat:probat. Siquis uiatoris illius prætercurrentis exemplo ſermo-
nẽ aliquem excipiens·ad eius ſuauitatem laudandam ſe conuertit·
minime dãno. Si uero agricolam imitari maluerit·fruſtra mihi lau-
dauerit ſermonẽ:cuius utilitatis rationem·nõ ante reddiderit. Dic-
in eo ſermone·quos uideris·quos decerpſeris fructus? quẽadmodũ
periculum feceris: Nũ diligenter excuſſeris·utrũ ille ſermo fæcundi-
tatem gerat ad procreandos alios fructus? Num inde animus tibi
tuus probũ aut fructuoſũ aliquod pepererit? An uero ſeneſcentes

qdē piri piros ſibi ipſis ſufficiēt? malū ex malo uitiſq; ex uitę: & fi-
cuſ ex ficu accipiet uitā? Sermōiſ aūt partuſ interitū ſortieſ eūtic? fru-
ctuſq; eius nec ſemē habebit nec alimētū ꝓbebit: neq; ēt aīum uer
Sed magis ī morē ſuprema natabit oliui. (ſabit.

Q ualibet hmōi agriculturā mihi narrato, ſed laudibuſ tñ parcito:
Si.n.ſermo utilitate uacuus fuerit: ſuſpectā mihi cauſam facit piget
laudatoris ipſius ac eas laudes odi quę manāt ab his aīę mēbris:
in qbus aut intēperantia aut īfirmitas iudicii aut deceptio cōſiſtit.

Non phrygios pudor atq; inſtructos crura pelaſgos
Coniuge pro tali longæuos ferre labores.

Vides q̄ improbe laudet: q mulierē unā uoluptatēq; ex ea ſpatā cū
infortunio gręcorꝫ ac troianorꝫ cōpenſet: Nimirꝫ eiuſmodi tibi ui-
detur nr̄ ille laudator ſi qñ qs in ſermonē laſciuientē inciderit: cu-
ius dolū qdē nō ſentiat: amet aūt iucunditatē: rapiaturq; paulatim
nō ſentiens quotidianis leporibus ablatus: ueluti nautæ ꝑpea q̄ uē-
tus minime ſpiret a tergo ac nauē uero curſu defraudet tranquillo
maris allapſu delati ad deſertiſſima littora difficileſq; cautes appel-
lūtur. Sic ēt fit ut q ſeſe huic ſuauitati ſemel crediderint in primis
ignorantiā latenter incurrāt: tū uoluptatis ſtudio ad uaſtiora litto-
ribus cūctis loca feranſ: duriſq; cautibus duriora: ipſi ſuū amplectē-
tes errorē oblectamētoq; aīæ cōgaudētes. Q ua qdē in re febriēti-
bus ſūt ꝑ ſimiles: qui cōtra medicinæ legē potui ac cibo indulgen-
tes malū malo īducunt: ægritudinēq; exaggerātes eligūt potius ſi-
bi ipſis obſequēdo morbū cōtrahere: q̄ cū dolore ſanitatē cōparare.
Nō defuerūt tñ medici: q uel modicā aliquā uoluptatē dolori cura-
tionis admiſcuerint. Q ui uero uoluptatē & omnigenā uoluptatē
ęgrotis indulgēt: is neq; Eſculapius ē, neq; Eſculapii diſcipulus: ſed
potius coquorꝫ imitatur artificiū: neq; maiorem æſtimationē mere-
tur impudēs ſermo, q̄ lenociniū uentris: a quo ſi utilitatē depuleris
oblectamentis tantū relictis: ſcias te decreto tuo orationē eiuſmo-
di re ac nomine petulantię parē intēperantięq; efficere: quibus ui-
tiis uniuerſa ſubditur turpitudo: quęcunq; ſolet per ſenſus aīum in-
uaderę comitāte uoluptate. Sed ſinaus huiuſcemodi coquos com-
meſſationibus ſeruire: eſſeq; & Veneris & aurium miniſtros impu-
ros: Nos ſermonem quęrere decet rectum ereptumq; clariſſime cla-

mantem ſecumq; animum noſtrum altius terra/terreniſq; illis affe-
ctibus/extollentẽ: In quibus uoluptas/cupiditas/ambitio/amor/ira-
cundia/dolor/temulentiaq; uerſantur. Quibus oĩbuſ meliorẽ eſſe
opportet: q̃ ſit futurus philoſophici ſermonis uerus rhetor: haud
ignauus/haud infractus/haud fucatus/haud iudiciis tantũ/atq; an-
cipitibus curis paratus: Verum ubiq; cuiuslibet negotii diſcuſſor
peritus: in cõtionibus uidelicet/ſapiens cõſultor/in iudiciis æquus:
in cõuentibus hominum prudens certator: In erudiendo p̃ceptor
exactus: qui nõ de Themiſtocle tñ/nequaq̃ amplius in rebus hu-
manis exiſtente/neq; inter cõtemporaneos Themiſtoclis Atheniẽ-
ſes declamet. Non de ſtrenuo quopiam ianiter fingat argumentũ:
neq; ẽt is/q mechus ipſe aduerſus mechos: contumelioſus/ipſe/ad-
uerſus cõtumelioſos oret. Carere.ſ.illũ opportet affectionibus hu-
iuſmodi. Siq̃dem delictoꝝ cunctoꝝ futurus eſt uerus caſtigator.
Talem eſſe oportet/q in optima lucta loquẽdi ſuſcipit certamen/in-
ſtructus ueris/minimeq; blãdientibus uerbis ſane exercitatus: po-
tẽs mõ ſuaſionibus mõ ẽt terroris ui/proximũ queq̃ ad ſe traheret
Et ſi ad illiciũ animoꝝ hmõi ſtudio adiecere aliquantulam uolupta-
tẽ oportet: plane uoluptatẽ ipſe quoq; admiſerim: dũ tñ non egre-
diatur terminos harmonię tubaꝝ inſtructas excitantiũ acies. Ea ſi
eiuſmodi fuerit ſuauitate animũ impellet: tali nobis uoluptate eſt
opus: quæ magnitudinẽ ſuam cõſeruans/nihil ſecũ afferat pudẽdi.
Hãc ego uoluptatẽ requiro: quã uirtuſ minime repellat: ſed potius ſe-
cũ/ueluti pediſequã ducat. Neceſſario.n. quodcũq; natura pulchrũ
eſt/adiunctas habeat & gratias & uenuſtatẽ/ & deſideriũ: et dele-
ctationis numeros oĩs. Ita cęlum nõ modo pulchrũ/ bonũq; eſt/
ſed reꝝ oĩum/q̃ ſpectant/ẽ iucũdiſſimũ. Sic mare nauigabile: Sic ſe-
getes fructiferę: Sic arboriferi colles: Sic florida prata: Sic fluenta
hominibus placẽt. Gratiſſimus erat ĩtuẽtibus Achilles. Quid ni?
non tñ ob cęſariẽ flauã: nã & erat pariter comatus Euphorbus: ue-
Verũ ideo Achillis pulcritudo fauorem ſibi conciliabat: q erat illuſtra-
ta uirtute: gratus quoq; uiſu inter fluuios Nilus/nequaquam ob
affluentiam aquarum: id enim preſtare poteſt & Iſter: At Iſter
infęcundus eſt: fęcũdiſſimus Nilus: ideoq; Nilus aſpectũ oblectat:
Neq;.n. auſim/ prętermiſſa De/uirtute/laudẽ illi ſolius tribuerię

uoluptatis. Phidię quoq; ſtatuas uoluptatẽ pręſeferre ſic ſentio: ut artẽ maxie laudẽ: Ex Homeri cantu uoluptatẽ percipio at eſt alia digniorq; cauſa cur eum admirer: Ipſum quoq; Herculẽ expertem fuiſſe uoluptatis, eamq; inguſtatam reliq̃ſſe nõ credo: neq; Prodico fidem prorſus habendã puto: ſed uiri uoluptates: quod nã aliud officiũ pręſtant, præterq̃ ſolatia laboribus? minime q̃dẽ a corpore ſenſuue quęſita, ſed natiua, atq; interius edita? Cõſueſcente. n. aio delectationẽ ſuſcipere ob facinora pulchra: cõſueſcit & ſermo. Sic gauiſus eſt Hercules igneã pyrã cõſcendens. Ita & Socrates in uinculis manens, ac legi obediens. Cõparemus calicem illũ Socratis: cũ Alcibiadis calice, uter eoꝶ dulcius bibit? uinũ ne Alcibiades: an Socrates uenenum:

❡ QVOD INTENDAT HOMERVS. SER. XVI.

LIBET Homeri ipſius exemplo, pñtem huic ſermoni Deoꝶ aliquem, uel ſuam illã Calliopẽ inuocare.

Dic mihi muſa uirũ mores qui uidit & urbes Multoꝶ. Haudq̃ ita peruagatũ: qui inhoſpitalẽ terram peruaſerit, Arduũ fretũ pertranſiuerit: cũ hominibus feris tulerit cõgreſſus. Cõmentitia hęc oĩa fuerunt: ſed q expedito animo uſus: quaſi leui quodã uehiculo magiſq; q̃ corpus ipſum ſit ad peregrinandũ idoneo, in oẽm partem uagabatur: naturãq; conſiderauit uniuerſam, quot uidelicet motus ſũt cęli, q̃les affectiones t̃ræ: Deoꝶ cõſilia, hominũ naturas, ſolis ſplendorẽ: ſydeꝶ choꝶ: Aĩantiũ genituras, alluuiones mariſ, amniũ hoſtia: aeris mutationes, ciuilia domeſtica bellica pacifica nuptialia, ruſtica, eq̃ſtria, nautica, diuerſas artes, uarias uoces, multiplices ſpecies, dolentiũ, geſtiẽtiũ, lugentiũ, ridentiũ pugnãtiũ, iraſcentiũ, cõmeſſantiũ, nauigãtiũ. Quo fit ut cũ locus hic Homeri cõmemorationẽ expoſcat: neq; ego ad eius uiri laudationẽ mihi ipſi uidear ſufficere, de carminibus ſuis mutuandã eſſe orõnẽ cenſeã: ne tenuitas proprii ſermonis, tãti uiri laudẽ, quoquomodo dehoneſtet ac corrumpat:

Prima tibi ante omnes laus hæc debetur Homere,
Seu te muſa Iouis docuit, ſeu pulcher Apollo.

Muſarũ uero atq; Apollinis pręcepta ab ipſis uſq; primordiis repe-

tita·nihil aliud cenſere fas eſt·quã qbus ornatur:atq; excolitur ani-
mus.Id aũt qd eſt aliud,q̃ philoſophia ipſa?Porro philoſophiã qd
nã aliud eſſe arbitramur:q̃ diuinarũ atq; humanarũ rerũ exactam
aliquã ſciẽtiam?quæ uel uirtutes·uel ratiocinationes pulchras·cõ-
ſentiẽtiſſime·uitæ·ac ſtudiorũ cõmodorum diſpenſet:Huius ſciẽtię
ſũma(cũ interim diuerſos habitus gerat) haud iniucũdis diſcipli-
nis legentiũ animos ptractat:Quorũ alii qdẽ ea:quæ apud illum
leguntur:quaſi expiationeſ miſteriaq; appellant·alii fabulas·alii ue-
ro muſicen·alii diuinationẽ. Cũq; horũ oĩum cõmune propoſitũ
ſit animũ iuuare·priuata tñ cuiuſlibet ratio·peculiarẽ aliquẽ habi-
tum accepit. Verũ ita poſteriora tẽpora tulerunt : ut audentiores
effecti·homines affluentia doctrinæ·diſcuſſis rationis inuolucris.
philoſophiã ꝑdiderint,nudã ac uulgatã : quæ uſq; adeo ob nimiã
familiaritatem·cũ cętibus hominũ obuiluit:ut ſolũ pulcri opis no-
men·miſeris interim·ac ſophiſticis qbuſdam argumẽtatõibus inerre-
ret.Proinde eo deuentũ eſt:ut Homeri ac Heſiodi carmina·uniuer-
ſaq; illa antiqua,ac diuinitus afflata muſa·merarũ fabularũ argu-
menta reputẽtur:quarũ uel hiſtoria tñ·uel carminũ lepor·uel flo-
rida harmonia homines capit:pinde ac tibiarũ·uel fidiũ quędã mo-
dulatio.Pulchritudo aũt uera cõtẽnit:plebiſcitoq; ꝺ uirtute explo-
ditur. Quo fit ut Homerus ille hominũ generis princeps·philoſo-
phia prorſus abdicetur.Ex quo.n.ab Thracia·ac Cilicia ſophiſticæ
argumẽtationes Gręciã ſubinuaſere. Epicuri ꝑterea Atomus,He-
racliti ignis·Thaletis aqua:Anaximenis ſpiritus·Empedoclis cõtẽ-
tio:Diogenis doliũ:ac multitudo illa philoſophantiũ caſtrorũ ad-
uerſas inuicẽ acies ordinare·ac cõmittere cęperunt:uerbis ac ſuſur-
riſ oppleta ſũt oĩa.Sophiſtarũ incurſantiũ ſophiſtas:opis aũt mira
ſolitudo·Bonũq; illud celebratũ tãtope·ꝑ quo uariis ſentẽtiis gręci
diſputãt,ac diſceptãt·cõſiderat nemo.Cũ tñ illa uetuſta philoſophã-
di rõ:ĩ q̃ adhuc Homeri poetice lõge ẽ princeps·gñroſos uiros legi-
timoſq; aluerit·atq; erudierit philoſophię alũnos.Eius nãq; alum-
nus eſt Plato:qui quamuis præceptorem abneget·ego nihilhomi-
nus,& ſigna intueor·& ſemina cognoſco:

Sic oculos·ſic ille manus·ſic ora ferebat:
Hæc fuit effigies uultus ea forma comarum.

Quā ob rē auſim affirmare/nō tam ſimilem Socrati Platonē ēe/ꝗ Homero: ꝗuis Homeꝝ fugiat Plato: ꝗuis Socratē ſectetur/nec tn̄ id nunc ago, ut Platonis uoces/cū Homeri uocibus: nomina nominibus: uerbis uerba cōformē. Tameſi illa ex eadē officina atq; harmonia defluxerunt: quēadmodum Meotis ex Oceano/ex Meotide Pontus/ex Pōto Helleſpontus/Pelagus ex Helleſponto. Sed potius utriuſq; conſiderās mentē/cognationē inter eos agnoſco: ueꝝ de hōc alio iteꝝ loco a me dicetur. Nnnc tn̄ orōnē reſumamus/ad inſpiciēdā mentē Homeri: proq; eius dignitate loꝗ ſtudeamus: Vi

Videt ſane Homerus diuiniſſimā naturā accepiſſe aptiſſimū iudiciū/peritiāq; multipliciū moꝝ cōſuetudine formatā: q eo cōſilio ad philoſophiā acceſſerit. Vt eā ex harmonia quadā/tunc maxime uigēti cōmunē grecis omnibus faceret. Ea harmonia poetice eſt/quā nec Ionicā tm̄: neq; mere Dericā/aut Atticā uoluit eſſe/ſed potius uniuerſæ græciæ cōmunē. Quippe q cunctoꝝ græciæ pplo ꝝ inſtitutioni proſpiciens/uocabula mixtim oīa græcoꝝ collegit: hiſq; ad effigiandā poeticē cōſuſis effecit: ut blāda ſimul, ſimul intelligibilia iucūdaq; oībus exiſterent. Porro cū aīo uolueret paucos ſape mortales: multitudinē uero popularē/gubernatorē appetere: neutri generi hoꝝ ſeparatim poeticē ſuā cōſtruxit: Quemadmodū Heſiodus. q ſeorſū Heroū genera/incipiēs a mulieribus enarranit/ut qſq; .ſ. ordiue æditus fuerit. Seorſum quoq; diuinos cōpoſuit ſermones/& cū ſermonibus genituras Deoꝝ cōiunxit. Separatim iteꝝ cōpoſuit/quæ ad uitā hominū conducibilia putauit: opa ſcilicet qbus occupari homines deberent/dieſq;/qbus ea agi oporteret. Homerica uero longe aliter ſe habens: nā neq; is ſingula ptractat/neq; tn̄ ita oīa ſimul omnibus cōmiſcet/ut diiudicari diſtinctio nō poſſit. Veꝝ illuc eius uidetur ratio ſpectare: ut uniuerſa orō fabularū habitum gerat. Quāobrem Troiana geſta/Vlyſſiſq; labores enarrauit: quibus tn̄ manifeſta theologia/ciuiles mores/uirtutes ac flagitia hominum, affectiones/infortunia/fęlicitates permiſcētur. Tametſi ſingula propriū habeāt ſubiectū: ſitq; prope eiuſmodi res: ueluti ſi cogitatione capere poſſis/eſſe organū aliquod: qđ uniuerſam harmoniā uocum diuerſarū cunctis aliis uocibuſ cōſentientiū cōprehēdat: ſed potius alio modo ſimilitudinē reddamus. Vidiſſe te putato/qui cō-

plura, multimodaq; muſica iſtrumēta collegerit: ut eſt tybia: ut ſūt nerui-chorique cōcentus-quibus adiūcta fuerit uel tuba uel fiſtula: uel aliç qdā inſtrumentorū ac nominū ſpecies. Horū ſingula & ſi ꝓpriam artē reſpiciūt: ita tū mutuo ſibi inuicē ordinē reſpondēt. Vt cōmunem aliquā ꝓferant muſam. Et ut ſūmatius loquar-eiuſmodi ē poeſis Homerica: cuiuſmodi fuerit uel Polignoti-uel Zeuſidis pictura: ſiquidem cogites hoſce pictores-philoſophos fuiſſe: minimeq; temere exercuiſſe picturam. Quorum duplex negotiū fuit-alterum quidem quod ab arte-alterum quod a uirtute dependet. Ex arte eſt, ut figuræ ac corpora ueritatis effigiem ſeruent: ex uirtute aūt-ut linearum decora diſpoſitio imitationē pulchritudinis reddat. Eodem fere modo uelim Homerica conſideres: in quibus duplex pariter negotium apparet. Id namq; quod poeticem ſpectat-fabulæ effigiem intendit: quod philophiam reſpicit: id ad amorem uirtutis ac ueritatis cognitionem-penitus fertur. Inducitur ſtatim ab Homero theſſalus-ac regius uir Achilles, uidelicet & Agamennon: Agamennon quidem ab ira ad contumeliam impulſus. Achilles uero indigne habitus-agitur furore. Hoc quid eſt aliud, q̄ imago quędam affectus iuuentutis ac licentiæ? Oppone utriq; Neſtorem-longęuum conſultiſſimum diſertumq;. Inducitur in alio loco Therſites-facie deformis-immoderatæ dicacitatis-ingenii minime ordinati: imago uidelicet populi impudētis, aduerſus hunc ſtatue uirum bonum peritiſſimumq; ductorem incedentem.

Vt ſiquem inueniat regem ac uirtutem ſupremum-
Hunc teneat placidis uerbis-atq; adſtet cunti:
At ſiquem inueniat-media de plębe ſtrepentem-
Hunc ſceptro impellat.

Num tibi-nō idē facere Socrates uidetur? Qui regios-egregioſq; uiros-placidis ſermonibus honorifice ptractat-atq; accipit: Timęū ſcilicet Parmenidem-aut alium hoſpitem regium:

At ſiquem uideat media de plębe ſtrepentem.

Hunc quidem ſermōibus impellit Thraſimachum puta Polū Caliclem-uel alium quēpiam audacem: atq; aculeatis ſermonibus utētem. Reuertamur iterum ad Homerum-& ad eos, quos ipſe barbaros enatrat. Hic etiam uideas uirtutē cū flagitio pugnare. Videas

ſiſtit alumnis. Inuenias principiũ amoris:ſed huius cauſa refertur in uenerem. Ceſti enim potens deſideria ſubgerit hominibus. Eſt & principium artis:cuius cauſam Vulcanus habet:qui in ignẽ habens imperium cõmunicat artem:Apud Homerũ præterea Apollo ductor ẽ chori: Muſa ductrix eſt cantus. Belli ductor eſt Mars. Aeolus uentorum rex. Oceanus amnium princeps. In fructus Ceres habet imperium. Adeo pars nulla apud eum aut numine uacat/aut principem non habet aut principio caret. Verum referta ſunt omnia nominibus diuinis, ratiõibus diuinis, arte diuina. Vis ne cõſiderationem ad elementa transferre, ut inuicem pugnent? Horũ pugnam inſpicies in campo troiano, haud troianorum, ac grecorũ ipſorum uiciſſim cędentium, cęſorum ue: cum interea humus ſanguie irrigua eſſet:ſed ignis ac fluminis pugnam, tumeſcente uidelicet amne, clariſſimiſq; ac continuis undis aſſurgente. Igne contra uortices undarum obnixe impetente, urente interim comas, ac fluminis ornatum:ſalices uidelicet, myricas, lotum, uluas:uerente demum quidquid fert amnis, cũctaq; animantia aquatica.

Torquentur pariter fluuiali uortice lenes
Anguillę:ſalienſq; undis huc piſcis & illuc.

Cumq; bellantes nullam ſibi inuicem haberent fidem: interuenit Iuno, fęderibuſq; inter partes ſancitis: pręlium dirimit: elementaq; ipſa conciliat. Sed miſſas faciamus ſignificationes occultas. conſideremus ea, quæ nr̃a ſunt, & quæ ad homines pertinent. Eiuſmodi eſt apud Homerum politia, ut neq; in Piręo conficta, neq; in Creta a legibus formata ſit. ſed potius ſub Heroico prætextu:per iſtitutionem heroicam demoſtrata, a philoſpho ſit. In ea ſunt pricipes ipſi quidem exiſtentes, i opere deliberantes ſtrenui propugnatores, ſapiens mulier reſiſtens petulantibus iuuenibus: iuſtus rex errantis hoſpitis ſuſceptor. Vir prudẽs ſummo ingenio, infortunia uaria depellens. Pergo demonſtrare politias præterea alias fabricationibus aduerſis exculptas, Eas Homerus uerbis: Vulcãus uero ſaurũ exculpſit. In altera cantus choriq; apparent, Reges iudicantes, aſſeclę populi uiſuntur.

Aſt alibi cingunt urbem duo caſtra uirorum.
Rem non credis? at rationibus ueris acceptis, ãbiguitatẽ diſcuties.

le:Sed age ut uideá caput ipſius·cuiusmd·facias·Figulus ais habe-re ab arte·ut diſcat fingere:Cerdo itidẽ ut coriũ cedat·ac faber fabricet: Egoq; cõcedo operariũ quẽq;·q̃cunq; didicerit efficere ex arte,non tamen ſingularum harum artium hũc eſſe finem:ut artifex ab alio artifice artem·accipiat:Scientiæ namq; ſucceſſio diſciplia inducitur: at uſus artium non quidem is eſt·ut ars artem efficiat:uerum potius·ut uel figulus amphoram fingat:uel tibicen tibias moduletur: uel imperator uictoriam pariat.Quorum omnium artibus alius ẽ propoſitus finis·præter artem,diuerſus ab arte. Non tamẽ penitus quodcunq;·nequaq̃ eſt ars continuo erit inertia. Inertia enim·eſt priuatio artis·ubi ea maxime requiritur:uerum quod fit ab arte·eſt q; præter eam aliud quicq̃ non eſt ars. Numquid id putas ſatis demonſtratum? an adue erit mãifeſtius dicendum?Medicinam ais q̃piam eſſe artem·alterutrius uero finem·non medicinę medicinã·nec ſtatuariam ſtatuarię:ſed ſtatuam ſtatuariæ:ſed medicinę ſanitatem,atq; habitudinem rectam. Quod diximus igitur ſic conſideres uelim.Dic animum·corpus lapidem,Tria·hęc meras eſſe materias formæ atq; ornatus indigas:his itidem artes attribuito tres:quarũ quęq; in ſubiectam ſibi materiam ducta ſingulæ ſingulas propria forma exornent. Fac lapidem effigiatum affabre·in perſonę ſpeciẽ extrui. Fac corpus humorum concordia permixtioneq; temperamentum ſanitatis implere.Fac animum recta quadam ratione motuq; decoro·uirtutis accipere ornamentum. Siquidem trium·horum·artem aliquam eſſe fatearis:at actoris nomen·ad id quod eſt actum·deceptus affinitate transtuleris·Nihilominus errare uidearis eo:qui defluentem a ſole lucem Solem eſſe affirmet·quæ quidẽ diuerſa a ſole,eſt opus ſolis:minime tamen ipſe ſol.Enim uero,quod diximus abutraq; parte cõſidera. Inquiramus quid ſit ars·quid uirtus.Num quid aliud artem eſſe arbitraris·q̃ rationem quandã ad finem tendentem?Aliam quidem·quę mechanice corporeis rebus operam dando id efficiat:quod opus appellamus:ut architecti domum:ut fabri nauem·ut imaginem pictoris. Aliam uero negotiorũ exercitoriam·quæ nequaq̃ a corporeis abſtineat·ut eſt in imperatoria arte·uictoria·In medicina·ſanitas·In politica·iuſtitia·Tertiam

curſus artium ſpetiem dicimus eſſe, rationem prorſus in corpore ſui ipſius potentem, ſibiq; ipſi operam dantem: cuiuſmodi ſunt geometricę atq; arithmeticę artes, earumq; omnium: quarum finis in intelligentia conſiſtit: qui neq; ad negotiationem, neq; ad opificium pertinet. His ita ſe habentibus, triplici exiſtente genere artium: ubi nam recte uirtutem collocabimus? ſi quidem ea eſt ars: An in operariis? Ne tu quidem id dixeris. ſupereſt ut contentio ſit, inter negotiatoriam ac contemplantem: Harum neutri uirtutem abrogo: uerum alteram alteri permiſcens, Alterum quiddam, quod ex omnibus conſtet temperatum ītelligo: compoſitumq; hoc totum aliud eſſe aio, ab ſingulis illis, ex quibus compoſitum eſſe apparet. Perinde ac ſi quis hominis corpus, aut ignem, aut terram, aut aerem, aut aquam eſſe contendat. Nō ne ego ita dicenti ſubinde reſpondebo? Ipſū haud ignē eſſe, uel terrā uel aerē, uel aquā: q̄ndo q̄dē ꝙ mixtū ex multis eſt, aut quicq̄ eorum eſt, ex quibus fuerit cōfectū. Quo modo igitur uirtus, quę cum cōtemplante, ac negotiatoria communicet, non ſit ars? Hac me dicentem ſequere. Non enim ratione innitor meę, uerum eam affero: Quę ex Academia profecta Platōis, muſę contubernalis extiterit. Eandem Ariſtoteles excepit. Ego uero ex altioribus prīcipiis deduco. Suſpicor nāq; ex Italia Athenas uſq; deuectam: Pythagoreis quibuſdam honeſtam, hāc mercaturam in antiquam gręciam mittentibus, quę quidem ita ſe habet.

hominis anima: ſecundum primam eius partitionem biſariam diuiditur. Harum altera pars ratio dicitur: altera affectio: Quarum utraq;, cum nequiſſe habeat atq; inordinate moueatur: uno ſimul ac turpiſſimo nomine uitium dicitur: ſitq; ut ex harum alterius æſtu, ac fluxu turpitudinis fontes, ac gēiturę oriantur: Quotienſcunq; ſcilicet contingit feruidas affectiones animum incendere, ac rationis ſanioribus productionibusq; calamitatem inferre. Nam quemadmodū accidit ut ſubitis procellis, creſcentes amnes legitimum excedant alueum; ſuperq; uel ſegetes, uel plantarum culturam pręcipites lati, ruſticorum operum ſalutem, atq; ornamentum euertant: Sic & animus affectionum nimia ui, ab rectis ratiocinationibus depulſus: falſis nimirum, atq; improbis opinionibus, pręter naturam propri-

am ſurgentibus corrumpitur: quę eius menti pro ebriorum more ę
quibus nimia crapula interiores concire ęgritudines ſolet, uelut
ex latibulis repentia quędam animalia, confundunt mentem: ab
hiisq; cogitur proprias eorum uoces perſonare: Si uero manifeſti-
oribus exemplis opus ſit, Improbitatem animi inconditę plebis aſ-
ſimilabimus imperio: quod quidem Fit, quotiescunq; in ciuitate
probitas uicta multitudinis penitus licentię, atq; audacię ſeruiat.
Neceſſe eſt enim eiuſmodi ciuitatem diſſonantem, ac multarum
partium eſſe: eandemq; innumeris affectionibus, ac uariis cupidita-
tibus refertam: In uoluptatibus quidem intemperantiſſimam, In
iracundia pręcipitem, In tribuendis honoribus imodicam In fęlici-
tatibus elatam: In calamitatibus abiectiſſimã eſſe. Quando peri-
cles abſcedat, exul, & Ariſtides tollat, Socrates, Nicias ſurgat, Cleõ
appetat sfracteriam Thraſillus Ioniam: Alcibiades Siciliam: atq;
alii modo terreſtre, modo maritimum concupiſcant imperium, cũ
quibus pariter ignauiſſima illa, atq; in ordinata plebs, ac mercẽna-
rius miles uagus, nulliq; addictus patrię cõſentiant. Enim uero ne-
ceſſe eſt, eiuſce cupiditates, & ſeruitutem & calamitatem, & tyram-
nidem parere: aut quicquid eſt aliud: quod ſub horum nominum
abſurditate cenſeatur. Ceterum & in animi politia ductores impro-
bi, et effrenatus populus, Alcibiades, & Cleones plurimi, timidum
non ſinunt animum quieſcere: ſuisq; ipſum rationibus ac legibus
cędere. Eiuſmodi quidem in homine eſt flagitioſa politia. Contra
uirtus, cuius cauſa ſuſceptus eſt ſermo: illud idem habet, quod eſt
in politia Lacedemoniorum: In qua ineritiſſima illa plebs, paucorũ
probitati eſt audiens, atq; hęc quidem conſeruat: illa conſeruatur,
Hęc iubet, illa obſequitur. Quod uero ex utroq; progreditur, Li-
bertas appellatur: eſtq; altera pars alteriuſ indigens: tam quę iubet
obedientis, q̃ quę obedit conſeruatricis. Eadem hęc forma repperi-
tur in animo recte ſe habenti: in qua ratio conſeruatoris locum ob-
tinet, affectiones conſeruati. Ratio moderatur, affectiones modera libertas
tionem accipiunt: opus uero ex utroq; conficitur: Quod liberta-
tem dicimus. Vnius ordinis eſto, quodcunq; ſubcontemplantium
artium nomine cenſetur; idq; ad rationem referatur: Quod uero

ueluti materia quędam,ab artibus illis ornatur, ſub affectionum genere ponatur. Prius illud ſapientiam uoces quę idem eſt quod ſciẽtia. Hoc autem uirtutem ab ſcientia productam. Vbi uero imutaueris nomina ſcientiamq; uolueris uirtutem appellare: petam abſte quis uirtutẽ ediderit? Id enim quod genuit uirtutẽ ſcientia eſt, uirtusq; ipſa natales ſuos i ſcientiam referet. Artem artium ſcientiã uocas? Audio. Sciẽtiam ſcientiarũ eam appellas? Docilem me prębeo ac rationem accipio, dum tamen unum addideris idq; pauxillũ. Dic artem artium artem. Dic ſcientiam ſcientiarum ſcientiam eſſe. Alterum ab altero diiunge: ac me tibi conſentientiſſimum reddideris. Si uero ſcientiam ſeruando, ac ſubtrahendo affectiones rectam earum formam ſcientiam eſſe contendas: ſimile quid feceris: quale erit: qui Phidię ſeruando artem materiam de medio tollat, materięq; nomen ipſi imponat arti. Vis ſcientiam bene beateq; uiuendi principem eſſe? imperet ratio. Vis imperet ratio? Ea princeps unicus eſto: Cui dederit gẽitus Saturno ſceptra ſagaci. Sed demus rationem dominari: quoſnam ipſa miniſtros operariosq; qualiumue eos habeat actionem? Corpus ais uide quid agis. Vno enim eoq; inordinato ſaltu, eorum ordinem, quos Iuſſa capeſcere fas eſt: ab ipſo ſimperatore ad lixas & calones tranſtuliſti. Non ne ordinem uides? In quo primum dux ipſe conſiſtit: Dein decuriones: armati, ſcutati ſagittarii.

m inisterium namq; paulatim ab uniuerſo, atq; optimis ad uiles & abiectiſſimos deſcendit: Verum obiectionem promptam agnoſco. Deus uniuerſum hunc orbem patris inſtar familias, artificioſiſſime ac ſanctiſſime gubernat. Quid enim nõ ne id fateris? In quo quidnam potius ſciẽtia ne an uirtus? Si igitur ſcientiam Dei uirtutem dixeris: utere ſine inuidia nominibus. Non enim quemadmodum in homine: ita & in Deo eſt animę pars: quę imperet, quęue obediat. uerum eſt ſimpliciſſimum quid Deus: ut mens: ut ſcientia: ut ratio. Si uero deteriorem cũ meliori conglutinare: deteriorisq; nomen, meliori attribuere coneris. Feram id, quantum ad nomen tantum: non autem ad rem ipſam ptinebit. Virtutẽ ipſam q̃uis ſcientiã uoca: Dum tamen ipſam ſciẽ-

ſtam uirtutem non uoces. Falſum nimirũ nomen ac periculo (medius fidius) obnoxium: ſi qua eſt hominibus habenda fides: ꝙ in contemplantibus ſcientiis, arithmetice, ceterecq; diſciplinę peruenientes ad animum uirtute homines imbuant. Id ſiquidem eſt uerum: ſophiſtarum genus magnifaciẽdũ eſſe apparet, multiſcios ac multiloquos hos dico, plenos ꝙ multarum diſciplinarum: quiq; ſcire ſe profitentur, cauponantur, atq; indigentibus uendũt. Virtutis enim nundinationem inſtituunt: reſq; tota mercimonium ſpectat: In quibus cum uideamus ore tenus ſermones promptos, atq; apparentia cum redundantia quadam diſciplinarum pręceptorumq;. Interius uero affectiones aſperas ferinaſq; cõſuetudines improbas iniquas exercitationes, cupiditates abſurdiſſimas, flagitioſas educationes, rectis rationis uaminibus aduerſas eſſe. Non ne cogitarę debemus, oportere mortales naturam ſortiri in primis probam? quę futura ſit, tamq̃ ſurgenti muro firmiſſima crepido. ad eiuſdem ſalutem accedere, educationem ac conſuetudinem bonam: per quas maxime animus cum his: quę proprię ſunt bona, fęderatur: unaq; & tempora & ętates omnes coniunctiſſime percurrit. His poſtemo addenda ars eſt: quę affectionibus ipſis ſtatuat metam. His maxime modis animus efficitur beatus: uitaq; hominis ſanitatem aſſequitur. Hinc rectę opiniones harmonica quadam corporis atq; animi, compoſitione coordinatur. Hęc Dei lex eſt, Hęc iuſtum perficiunt uirum obſequantur affectiones rationi non in uitę pareant ſcientię. Nam uitium inuoluntaria res eſt a uoluptate penitus pertracta.

QVOMODO QVIS SE VINDICET A DOLORE. SER. XVIII

QVOMODO quis efficiet ſuum ut animum uindicet a dolore? An & hic quoq; perinde atq; i corporis morbis medicum requiret? Nec medicum tãtum: ſed & medicamenta quędam, uel aliquam uictus rationem pulchre ad ſanitatem temperatam? Fac ita eſſe: Quis is erit animorum medicus? Cuiuſmodiue medicamentis, aut uictus utemur ratione?

Ego enim : qui meus eſt amor erga antiquitatem omnem, artes
non diuido:quin potius ſidem habeo poetis ? Fuiſſe olim in mon
te Pelio medicum quendam , nomine Chironem :cuius ars utrūq;
intenderet,ut ſimul ſcilicet eorum corpora,qui ad eum ualitudinis
cauſa accederent , per laborem exerceret : dum illos uenationibus,
montanis,itineribus , curſibus,gramīcis toris,ferinis paſtibus ,flu-
uialibus poculis ad ſummam perduceret ſanitatem : ſimul animo-
rum curam haberet:ut ne deterius his,q̄ corpori contingeret: ſi nō
rationalibus motibus parerent:aut minus fortiter affectionibus re-
ſiſterent. Quamobrem utrunq; ſimul conſecutus eſt :ut & medici-
nę peritiſſimus:& idem iuſtiſſimuſ eſſe,uideretur:duplicem illi lau-
dem ob unam dumtaxat artem tribuentibus poetis. Verum ſi ita
noſtratia tempora tulerunt,ut ea ars a ſe ipſa deſciuerit,ne antea id
mireris,quam mihi oſtenderiſ medicinam unam quidem exiſtentē,
ac coagmentatam ſibi conſtare : non autem tot partes , quot ſunt
corporis mēbra ſortitam:aliam quidem eſſe,quę oculis :aliam quę
auribus,atq; aliis corporis membris deſeruiat : propterea eiuſmodi
periculo obnoxiam:ne cotidie diminutior facta,obſcures atq; igno-
biles partitiones obſcuriſſima penitus euadat . Quemadmodum
Macedōum imperio aiunt accidiſſe:quod poſt Alexādri deceſſum,
in illam multitudinem pręſidum incidens,neminē reperit dignum:
qui ſummę rerum prępōeretur. Sed quamobrem Chiron ad hūc
ſermonem nobis acceſſit : Age id una diſquiramus , utrum pręter
propoſitum ſit. Ais eſſe aliquid corporis dolorem ? Sane ais . Hic
quidem cum ęquabiliter ſubierit corpus, prorſusq; uniuerſis ſe ſe
eius partibus īfuderit, naturalem corporis ſubſtantiam perturbat,
peride atq; inferrum agit , id ipſum:quod paſſim ignem uocamus.
At ignem hunc medici diminuunt,nomine mutato fore putātes:
ut minus aſperum id appareat malum:quod ignitū, non ignis uo-
caretur. Aliud quoq; eſt ęgritudinis genus,quotieſcunq; ī corpore
contingit, particulam tabeſcere:a,qua uelut cauſa , fonte ue , in-
cipiens morbus,impetum ī cęteras fecerit,reliquūq; corpus in eā-
dem pernitiem traxerit:cuius excurſus a , mēbro laborante , ad id,
quod eſt ſincerum , breuiſſimus atq; ociſſimus eſt : quantū ſent-

uire poſſis: extremum ſi pedem offendas·ab ipſis enim unguibus dolor uſq; ad caput minimo momento percurrit. Id tu fieri poſſe cenſebis: niſi anima uniuerſum penitus corpus occupet·eiq; non ſecus atq; lux aeri ſe infundat? Melius dicã·quemadmodum I odoramentis contingit: ut eorum ſuffitus ad illos etiã pertingant·qui longiſſime diſtant, interiecto interim aeri·iocundis ſe immiſcentes odoribus·uel quomodo colores ab remotis locis ad oculos feruntur. Nam & hi quoq; uidẽtur medium aerem·de ſua natura depingere. Hanc ſimiliter animam putato, ubiq; diffuſam eſſe·nullamq; partem corporis eius eſſe immunem: tam & ſi eã alia longe ratiõe cum capillis atq; unguibus communicet: quemadmodum & cum Foliis arborum. Hęc.n. eiuſmodi ſunt. quę nimium ſenſum habẽt in ordine plantarum. Sic igitur anima ſe habet ad corpus: cuius & ipſa doloribus, ac uoluptatibus miſcetur: fitq; propterea·ut in corpore cauſa morbi ſit·at ęgritudinis in animo·Ex utroq; uero unũ atq; indiſtinctum malum ad hominem peruẽit: Verũ ſecunda hęc animi ęgritudo ad priorem illam corporis, oppoſita ſe habet ratiõe: Hęc enim ab anima remiſſa in corpus in eo accipit finem. Laborante igitur ęgritudine animo, lęditur pariter corpus & tabeſcit. Tum uel oculi lachrymas emittunt·uel cęterum corpus·& macie fędatũ & pallorẽ: Qualia quidem hominibus·aut ab amore parum fęlici·aut paupertatis duritie·per luctum·atq; per incommoditates obueniunt: Ex turbatis pręterea animi motibus·ut ira·inuidentia·cęterisq; ſimilibus. fit corpori ſtabes. Quorſum igitur hęc pertient? niſi ut intelligamus eum morbum·qui ab animo mittitur in corpus: qui ue a corpore redit in animum·ad abigendam triſtitiam·una atq; eadem ęgere medicina: quemadmodum ad Euripum ſuperandum·una nautica ars remedium affert. Atq; hęc quidem ad dictorum demonſtrationem ſufficiant. Ipſam uero artem·quę mala utrinq; orientia propellat; quis nam nobis oſtendet? Ego.n. quãtum ad me attinet, in ancipiti uerſor: an quem idoneum artificem ſimus inuenturi: qui Chironis exemplo pręſtare queat: ut duplicis boni nobis ſit auctor·neq; ſatis ſperare audeo: ut huius artificium rei inueniamus. Arduum enim eſt opus,·quod magnitudine ſua & Olympum ſuperet & Oſſam: Nec tamen penitus deſpero.

Q uid enim non aſſequatur.cum uelit·omnia audēs animus? Medius itaq; inter fiduciam ac diffidentiam·interq; ignorantiam·ac ſcientiam: Ita de hac tota contentione ſtatuo. Suſpicor quidem ſimplicem quandam artem eſſe : non tamen, quæ duobus his corpori.ſi atq; animo officium īpendat: ſed quæ excellētioris curam ſuſcipiendo·inferiori etiam ſubueniat. Mihi enim īter dicendum uenit ī mētem: quod extat Socratis ad Charmidem dictum·minime tamē intelligere me putes·Thratiam illam ī cantationem. Sed quod ait, cū homine ītegro·eiuſdem partem ſanari: nec fieri poſſe: ut āte ad partem q̄ ad totum ſalus peruēiat. At recte id quidem·quod ego·quātum ad corpus attiet·ita eſſe crediderim. Q uantum uero ad corporis atq; animę cōiugationē ptinet: id dico oppoſita ſe habere ratiōe. Ubi enim pars recte ualeat·ibi utiq; & totum recta ualitudine praeditum ſit oportet. Q uod ipſum tamen ita accipi uelim: ut q̄uis alteram duarum partium recte ualentē conſtituam : non utranlibet tamen·neq; īcertam: ſed alterā ſemper eandem·ac ſtabili ratione cōſtantem. Ex ſotietate nāq; deterioris cum meliori·qui deterior eſt ſalutem a meliori mutuatur· An credis ſani āimi uirum·ſi acciderit·ut uel morbo·uel uulneṙ illatoruel quouis alio corporis detrimēto opprimatur: eius rei etiam minimam habiturum rationem ? Nullā (medius fidius) Igitur ea eſt nobis medicina quærenda atq; exploranda·ea comparanda ſanitas·& uenanda : ex qua corpus ad firmitatem accedat. Sin minus·at eam ex qua facile quodcunq; corpus inuaſerit ; malum, contemnere poſſimus·

Q VID SIT FINIS PHILOSOPHIAE. XVIIII

C ‹ROTONIATES olympicum affectat oleaſtrū: Atheniēſis uictoria nauali : Lacedemonius pedeſtri delectatur : Cretenſis ſtudium in uenationē uerſatur: Sibarites in uoluptatum affluentia : Thebani in thibiis: Iones in choris·Auarus ad hæc appetit aurum·ebrietatē potator·amores muſicus : modulationē cupidus canendi. Hoc autē aīal q̄ homines philoſophū uocant: ſolus ne ex oībus nullius rei deſiderio tāgetur? ſane ſtupidi uitā potius loq̄ris·q̄ eius aīalis:

uideat ſpiret moueatur ſapiat & quod appetitu ſenſu cupidita-
teqꝫ impellatur. At hunc omnino neceſſe eſt aliquid appetere: qđ
forſan uno uocabulo comprehendere non poteſt: Beatitudinem
ait ſo beatum ſimplicitatis ſiquem ex hominum numero pu-
tes uenereos luſus admirari, & non potius ipſum ſi percuncteris re-
ſponſurum: quod fęlicitatis cauſa ęrtet, potet diuitias compareti
uenetur humum colat pugnet amet cantet contionetur uel ſi ip-
ſe Sardanapalus. Ille inq̃ leuigato corpore putribus occulis pſexa
ceſarie/defoſſus in purpuram in regiam penitus abditus pellicibuſ
permixtus, rei alterius & non unius fęlicitatis ſe uocet ſectatorem.
Haud enim uolens ĩ miſeriam Sardanapalus inciderat. Quid per-
ſa ille, qui & ægyptiorum templa igne deleuit? Et ille qui commi-
natus eſt amni? & Api bouem immolauit num ob aliam cauſam
quam propter beatitudinem ea omnia faceret? Nam & Xerxes tã-
tum abeſt ut beatitudinem extruderet: ut pro una ipſa cum Ioue
contendiſſe uideatur: Is enim adeo ſe eam tenere arbitrabatur ut
Europam cum Aſia nauibus ad pontis ſimilitudinem contabula
tis diurno nimirum uinculo coniungeret: Et Neptunus ille apud
Homerum Ioui ęquatus in honore: ab uno tantum hoc Rege
(qui ĩtum ipſe opinabatur) & plagas accepit & uinculis cõſtrictus
eſt. Quid reges barbaros narro? quaſi Piſiſtratum nõ uideas grę-
cum Athenienſemqꝫ in arcem cotidie currere tanq̃ eo in loco feli-
citatem una cum ãtiquiſſima illa olea defoſſam haberet: qua amiſ-
ſa quieti repudium miſſuruſ uideretur: Nam quantum ad Polycra-
tem attinet is non adeo ob admonitionem egyptiam, reſipiuit ut
non elato nimis animo de beatitudine ſentiret: Cum Ionii ſibi ma-
ris uindicaſſet imperium magnam trirẽium claſſem inſtructam
haberet, egregiam in annulo gemmam: Anacreonte ſotio uteretur
Smęrdię frueretur amoribus. Dices id contingere prĩcipibus uiris:
Quorum omnium de beatitudĩe iudicium a uoluptate mollitieqꝫ
animi malis ad imaginẽ bõi perſonatis deceptũ fuiſſe quis neget?
Nũ Homerũ nõ audis extollẽtẽ Eacidas, q bello ęque ac cõuiuio
oblectarẽtur. At qđ ĩgratius bello? & tñ tã parũ grata res haud ab-
iectos amatores fuenit: qualis Philippus ille poſt progẽitores Eaci-
das: q cũ macedõica re cõtẽtus ẽe poſſet: & ĩ Amitæ bõis Perdicęqꝫ

felicitate permanere·eam tamẽ peregre·atq; alibi·uelut ex Macedonia delapſam perquirebat. Quamobriem Triballis ĩtulit bellum: Illyrios inuaſit·expugnauit Bizantium · Olinthum euertit: fefellit Athemenſes: cũ Theſſalis fœdera percuſſit: Thebãis indutias dedit: Elatiam cepit: Phocenſes euertit · Peierabat·mentiebatur: mutilabatur. Nihil enim Philippus alienum a ſe·nec uerbũ, nec opus·nec dedecus·nec infamiam fecerat·Philippum percunctemur · quid id ſit: quo tot labores pericula·negotia·corporiſq; mutilatiões cõpenſet? Num quid ſtudio beatitudinis hæc agis? O, ridiculam interrogationẽ: Verumtamen beatitudinem illã: tam uehemens eius ſectator, nequaq̃ uidetur comprehendiſſe·& tamen ipſum beatitudo ſtimulauit. Quin & Alexander eius filius · quaſi illa parẽtem eluſiſſet·Europæ ſalute multa dicta·ut penitus bonorum omnium inopi traiecit in Aſiam·beatitudinem forte ſuſpicatus Sardibus in ramentis aureis latere: aut in Caria inter Mauſoli theſauros·Babyloniorũq; ædificiis · Phenicũ portubus·littoribus Egyptiis aut etiã Ammoniorum harenis obrutã eſſe: Cui nec ſatis fuit Darii fuga·non Egyptus ſubacta, non Ammon pater·nõ Babylon capta: niſi etiã cum exercitu ĩ Indiam excurreret. Interrogemus Alexandrũ·quid curris? quid cupis? quid amas? quamobrem feſtinas? quo nã potius, q̃ in beatitudinẽ cauſam referat? Mittamus reges ac dynaſtas: num priuatæ res his erroribus carent? An non ubiq; rerum mortales cernere eſt ad eandem undecũq; procurrere? Atq; adeo hunc terreſtribus·illum maritimis negotiis implicitum eſſe: Hunc bellicis rebus·illum litteris ſtudium impedere: hunc ducere uxorẽ: liberos illum educare: Quid de his dicam, qui latrocinia exercent uel aliis modis cęteros homines lędunt? qui captant munera·adulteria·militareſq; mercedes? Quotuſqsq; eſt·horum, qui non plenam erroris ac periculi uiam ingrediatur? quid erroris·atq; periculi dico? et nõ hos potius anfractibus·confragoſiſq; locis·quaſi ſuſpenſos incedere·ut commiſerationem intuentium·maxime moueant. Hactenus de uiris negotioſis. Iners uero & diſſoluta illa multitudo: nũquid & ipſa beatitudinis abiecerit ſpem? Minime (medius fidius) Nam & adulatoribus negotium adimas: qui quibus cõiunctiſſime uiuunt: eorum cupiditatibus indulgent et ſcurris · quorum

eſt ſtudium q̃ admirationẽ & riſum excitare. Monſtroſorum pręterea
artificibus ĩ diuerſas effigies ſibi ipſiſ diſtorq̃ntibus atq; ĩflectẽtibuſ
corpus omniũ déiq; ſtudiorũ (q̃uis abiectiſſia ſint) conclamata bea-
titudinis ſpe, auferas artes. Fertur Babylonem profectus ex ĩdia uir
ad regem magnum, artem oſtenſurus operis egregii, offulas uide-
licet paruas rotundasq;, in eũ elaboratas uſum, tam certo ictu con-
tra mucronem acus, ex diſtanti loco iaciebat, ut nũq̃ a collimando
aberraret: Nec ſe deteriorem, ob eam collimationem exiſtimabat,
q̃ Achilles ipſe, ob fraxinũ ex Pelio: In libya Libys fuit nomine Pſa
phõ beatitudinis & ipſe adamator, minime (medius fidius) hũilis,
cottidianeq; huius: ſed qua Deus concupiſceret haberi. Capiens
itaq; aues ex uocalium numero complures, has quidẽ edocuit hęc
uerba conari: Magnus Deus Pſaphon: Atq; ita edoctas demiſit in
montes: quarum uocibus, cum alię permultę aſſueuiſſent, tam pri-
mę illę Pſaphonis, q̃ dimiſſarum diſcipulę Pſaphonis diuinitatem
celebrabant: Creditumq; a Libycis eſt: diuinam hanc uocem eſſe,
propterea q; Pſaphoni ueluti Deo ſacrificabant. Sicq; Pſaphon co-
mitus auium Libycus creatus eſt Deus: nihilo profecto inferior ar-
tifex eo: qui non prius a Perſis adoratus eſt: quam ipſum ferocis
equi ſuffragium euexiſſet ad regnum. Sic itaq; humanę res ſe ha-
bent, ut inter ſe prope diſſentiant omnes, tametſi cunctos morta-
les communis quidam amor ac deſiderium exerceat boni. Verum
tamen tam multis uariisq; itineribus ad ipſum contendũt ut prop-
ter diuerſitatem ſtudiorum negotiorumq; nũq̃ idem fatum, paré
q; fortunam ſortiantur. Et quamuis ſimul omnes communiter ap-
petant bonum: ad ipſum tantum nemo p̃lus cęteris pertĩgit: Horũ
q; res perq̃ ſimilis eſt illorum inahitati: qui in tenebris aurum atq;
argentum inquirunt. Nam cũ expertes omnino ſint ſoni, unde cer-
tam quęſiti auri probationem habituri erant, ex pondere tractatio-
neq; coniecturam plane mentientem accipiunt. Propterea incurſan-
tes ſe inuicem, mordentesq;: quicquid id eſt quod in manibus ha-
bent dimittere nõ audent, ne ſi forte uerũ illud aurũ argentũue ha-
berẽt, p ĩprudentiã amitterẽt. Nec tñ quęrẽdi ſollicitudinẽ remit-
tũt: ne forte ñ deinceps ĩueniãt: qđ quęrẽtes adhuc cõſecuti nõ ſint.
Hinc tumultus, contentiones, adhortatiões, uocesq; inquirentiũ,

gementium·perſequentium·lamẽtantium·rapientium· ſpoliatorũ: Et quidem cuncti conclamant exultantes · tanq̃ in ipſum inciderit bonum·cum tamen adeptus nemo ſit·Atq; ideo incerti ſinguli,qui q; proximi·cuiusq; uerba obſeruãt. Et hęc quidem affectio terras· ac maria permiſcet·cogit contiones·iudicia inducit·carceres cõplet· conſtruit naues·triremes deducit·bellum parat:Hęc eadem equitã-di induſtriam repperit·aurigationemq; ·tyramnos in arcibus cõſti-tuit·exteros acciuit·mercennarios milites conduxit.

Hiq; homines iugulant·urbes depaſcitur ignis
Hic pueros rapit.hic latizonas mulieres:

Innumeras ſcilicet malorum ſpeties ſuſtinent homines:neq; aliam ob cauſam· q̃ propter ſpem beatitudinis aſſequendę,& ignorantię deceptionem.Inſitus eſt enim hominũ generi fomes quidã a Deo: qui boni expectationẽ enutrit:cuiuſ tñ inuentio omnino eſt abdita·

Nigra ẽtenim radix·par flos albedine lacti?

Minime nos fallit Homerus hoc nomine:Perſpicio moly · &enig-matis intelligo uim·maniſeſteq; noui· q̃ difficilis inuentionis nego-tium ſit.

Terrigenis ęgris·ſuperi namq; omnia norunt·

At temporibus noſtris·pro·neſcio quo friuolo lebete · qui in lydia penderet ad focũ·reſpondet Apollo·ligneũ murũ ait · anguſtumq; Iſthmun·futurũ tremotũ· Imminẽs bellũ· & aduẽtantẽ præſignat peſtẽ:oraculũ aũt reticet:q; his oĩbus ãtiquius multo ẽ. Videlicet· quid facto opus ſit:bellorũ ut radix ãſcindat:ne muri neceſſarii ſint· ne peſtis pertimiſcenda. Quorũ nihil ẽ ab Apolline ĩ Delphis præ-dictũ·neq; ab Ioue ĩ Dodõe·aut usq̃ gentiũ a cæteris Diis:una phi-loſophia oraculum profert.O.pulcherrimũ oraculũ· & meliorẽ lõ-ge diuinationem:in quã me cõſentire nihil prohibet:niſi diſſonã eã Inuenero. Qua propter cõſentiens ab omni parte oraculũ profer. Hoc mihi ẽ opuſ·cui fidẽ habẽs·deĩceps trãquillius uiuã. Quonã mittis hominũ gẽus? q̃busue ſemitiſ:aut qs ẽ itieris ſtatutus finis? Nimirũ hũc finẽ · unũ ẽũdẽq; eẽ oportet:ac cũctis mortalibus cõ-munẽ.Nũc aũt q̃ multas philoſophiæ colõias aſpicio:q̃ diuerſas in partes eius diſectos ſectatores:ut ĩ boetiã Cadmũ · Archiã Syracu-ſas:Phalantũ ·tarẽtũ·Nereũ Miletũ·Tlepolemũ·Rhodũ·Terrã·ui-

delicet neceſſe eſt,locorū uarietate diſtinctā eſſe·alioſq; homines alias eiuſdem partes icolere. Ipſum autem bonum diuidi nequaꝗ poteſt, unum eum ſit·affluens·nullius indigum rei⁊ſufficiens uniuerſę rationalium naturę. Ita ut unus ſol, unicum itidem bonū ē in natura uiſibili. Vnica muſice·unicum bonum in his:quę aurium ſubiacent ſenſui. Vnica ſanitas, unicum corporis bonum. Iā uero cum cęteris animalibus·natura ipſa diſtixerit: quę cuiuſq; generis gregi boni·ipſius portio ad propriam ſalutem ſeruandam conueniat·eoq; ita diſtributo·uno·atq; eodem ī omni uita fineq;, grex quiſq; pro ſuapte condictione perfruatur:tam ea animalia:quę alis·aeroq;, ꝗ quę pedibus,& terra tantū utuntur: & quę pręterea repunt, natantq;: Quę carnibus·que terra enatis ueſcūtur: quę gregatim uiuunt·quę ſunt māſueta:quę fera, quę cornuta, quę excornia, quorum omnium uiciſſim(ſi permutaueris uitam naturalem)protinus uiolaueris legem:Huic homium gregi unam, communemq; legem ſeruanti·manſuetiſſimo·ſotiabiliſſimo, rationabiliſſimo: ut diſoluatur·diſſipeturq; non ſolum a cōmunibus his cupiditatibus, appetitionibus,ac uanis amoribus·periculum impendet. Sed & ipſum philoſophia ipſa rerum conſtantiſſima cunctarum, in plures populos ſcindit:ſciſſumq; in numeris legis latoribus aſſignat. Sicq; diſtrahit gregem·diſtractumq; in diuerſas partes emittit. Pythagoram uidelicet ad muſicen, Thaletē ad aſtronomiam. Heraclitum in ſolitudinem:Carneadem ad caſtitatem. Diogenem ad labores: Epicurum ad uoluptatem. Num multitudinem ductorum cōſtitutionumq; nō uides? Quo me uertam? quem nam horum ſuſcipiam? quorum pręceptis acquieſcam?

Vnicū bonū

Pythagoras muſicus
Thales aſtronomus

CINICI VITAM POTIOREM ESSE :XX.

Fabula

Libet pro ſapientia Lydii fabulam fingere:In qua nō leo, non aquila loquetur:nō aliud quid ex his,quę magis debent ſilentium naturę ut quercus uidelicet: At in hunc modum fabula loquetur. Erāt olim Iuppiter, cęlum,terraq;:Cęlū erat ciuitas deorum, terrę autem alūni homines:non dum aliqua in luce uerſabantur. Quamobrem Iuppiter Prometheū uocat:ac iubet coloniā ducere in terrā:ex eis aīalibus:quę ſimplicitate mētis

propinqua eſſent, corpore uero uterentur tenui, recto, decoro aſpectu, māſueto, māibus expeditiſſimis ac tutiſſimis pedibus. Paret Prometheus atq; hōines fingit, terrāq; ipſis inhabitandā aſſignat. Hi quidem in ipſis procreationis auſpiciis, haud multo negotio ducebant uitam, denſis uidelicet pratis, comatis collibus fructuū omniū fariam, quęcunq; humus ſponte ſua, ſine colonorum uexatiōe ferre nouit, facientibus copiam; Quin etiam nimphę puriſſimos fontes, perſpicuos amnes, laticumq; omnis generis fluxum, & largiter & cōmode prębebant. Ad hęc ſi quando frigoris inualeſceret rigor, ſic eius aſperitas demulcebatur a ſole, ut aptiſſime ab eo temperata corpora foueret. Si ęſtus ipe excederet modum, fluuialibus refrigeraretur auris. Necq; ideo erat, ut pro his cōmodis ī medio poſitis, homines inter ſe digladiarentur; qui uidelicet in fęcundiſſima naturę largitate uerſarentur. Idem uidentur intellexiſſe poetę, qui argumentū fabulę noſtrę perſimile finxerunt, ſub Saturno ſcilicet deorum Rege, eiuſmodi quādam uitam ſignificantes, In qua non bellum, neu ferrum, non cuſtodia eſſet. Sed latiſſima pax, ſine aliqua cōtentione pugna ue, Integra ſanitas, nullaq; rerum egeſtas mortales omnes haberet. Inde ego crediderim eius temporis gēus aureum, ab laſciuienti Heſiodi ingenio denominatum fuiſſe. Sed iam fabula faceſſat a nobis; fabulę mãeat ratio; quę priorem illam uitam cum altera ſecūda, ſiue eam ferream ſiue cognomīare aliter libeat, conferat. Illam namq; intelligo: In qua hominibus inter ſe terram ſortientibus, alius aliam partem, ſibi aſcindēs, eam ſepibus, ac ſubſtructionibus muniuit: corpus uero faſciolis quibuſdam molliculis inuoluit, pedes uallauit corio; In qua pręterea uel collo, uel capiti, uel digitis appenſum eſt aurum, laudatum ſcilicet, ac perſonatum uinculum, hominesq; ipſi tecta ſtruentes, clauſtrorum, aularum, ueſtibulorumq; formas iuenerunt. Quamobrem terrę negotium exſperiri cęptum eſt, ab his qui metallorum inueſtigandorum cauſa, eam & cędunt & fodiūt. Nec propterea mare relictū immune, in quo uidelicet cymbas conſtruxerunt, quæ quidem futurę eſſent, uel belli, uel itineris, uel mercaturæ inſtrumentum. Quid de aere dicam? At hunc quoq; uel uiſco, uel ſeptis, uel uariis aliis machinamentis auium greges aucupando prędari aggreſſi

ſunt. Non deniq; animalibus / uel cicuribus propter naturę imbe-
cillitatem, uel efferis propter metum pepercerunt. Quin potius
uiſum eſt eis ſanguine, cęde, & tabe omni uentri indulgendum eſſe-
ſe. Ex eo tempore nouas uoluptates affectantes, ueteres plane (ut
abſoletas) contempnere cęperunt. Sed dum uoluptates omnibuſ
modis aucupantur, excipiunt dolores, diuitias appetunt: quarum
ſi quam adepti ſunt copiam, inopiam eſſe prę his: quę non dum ha-
buerunt, arbitrantur. Et ſi quid eſt in manibus inferius, ducunt eo:
quod iam ſpe deuorauerunt. Egeſtatem metuunt, expleri tamen
nullo modo queunt: Mortem reformidant, minimam habent uitę
rationem, Morbos uerentur, non propterea a morbidis abſtinent:
Aliorum ſuſpectas habent īſidias, at ipſi inſidias q̃ plurimis ſtruere
non ceſſant: Vehementes aduerſus iermes: meticuloſi aduerſus ar-
matos. Tyrannidem oderunt, ſed nihil tam auide, q̃ tyrannidem
affectant. Turpia uituperant: eorum tamen ſtudium uerſatur ī tur-
pibus. Fortunā admirantur: uirtutē ſpernunt, Infortunia aliena mi-
ſericorditer ſpectant: neq; ideo a flagitiis temperant: Rebus fęliciter
geſtis elatiſſimi: In aduerſis deiectiſſimi: Mortuorū uicem laudare
non deſinunt, uiuendi tamen dulcedine tenentur. Vitam oderunt:
mortem horreſcunt: Bellum deteſtantur, pacem ſeruare neſciunt.
In ſeruitute humiles, in libertate audaces: in populari ſtatu licentio-
ſi: ſub tyramnide remiſſi, Libererum procreandorum auidiſſimi, in
ſuſceptis educandis negligentiſſimi: Precantur Deos, ut munerum
datores: Contēnunt ut infligendę penę minus potentes. Verētur
Deos, ut ſcelerum ultores, in eos tam peierant, ut nihil omnino exi-
ſtentes. Igitur in tanta rerū repugnantia, diuerſitateue: ſecunda ac ui-
ta conſtituta, utra earum uictorię pręmium feret? Vtram dicemus
ſimplicem eſſe? Vtram eſſe tranquillam? Vtram libertatis compo-
tem? uiciſſim uero utram multiplicem, nec multiplicem tantum,
ſed neceſſitati addictam, miſerabilem, erumniſq; plenam. Age utraq;
ex parte prodeat alter: quos ueluti Iudicio ſiſtamus coram iudi-
ce: Qui roget utrunq; Nudum in primis illum ſine lare, ſint arte,
uniuerſę ubiq; terrę ciuem hominumq; cunctorum contuberna-
lem. Huic poſtea q̃ ſecundę huius uitę, propoſuerit morem: cum
deinceps percūtetur: utrum malit in priori uita libertateue perma-

nere:an magis illa relicta/ ad ſecundam demigrando : una cum uo-
luptate ſollicitudines etiam recipere? Poſt eum alter accedat:quem
idem Iudex contrario modo/ prioris uitę ordine/libertateq́/ei ante
oculos poſita/deinde roget : Num pręoptet conſuetudinem uete-
rem ſeruare:an magis eam,cum priori illa uita: in qua pax/ libertas
ſecuritas atq́ indolentia uigeant cõmutare. Q uis ex cunctis mor-
talibus ita transfugere amet:ut facilę de ueteri loco demigret in
nouum/uitamq́ cum uita commutet. Q uis ita demens/male af-
fectus infęlixq́ ſit? qui propter affectionem pauxillarum ac breui-
um uoluptatum:ambiguorum bonorum/incertę ſpei ancipitisq́
proſperitatis/non ferat ante actam uitam/euerter ? ſeq́ in eam
recipere:quę omnium conſenſu beatiſſima ſit? cum pręſertim intel-
ligat ob id miſeriam illam/multiplicem diſcuſſum iri:quę una cum
moribus/uitaq́ ſecunda confuſa:quomodo non eius ductum peri-
culoſum/calamitoſum/atq́ infęliciſſimum reddat. uſq́ adeo(ut
mihi in mentem ueniat)alteram harum generoſam & uariam:hãc
dico/carceri cuipiam duro perſimilem eſſe:qui miſeros quoſdam
homines contineat in obſcuriſſimam profunditatem coniectos/
per multo ferro compeditos/graui laqueo collum implicitos/ua-
lidiſſimis loris conſtrictas manus habentes/obeãq́ cauſam ſqual-
lentes/fatiſcentes/flentesq́:qui tamen diuturnitati malorum aſſue-
ti/hilaritatis/ac ſolatii modos/non nullos inuenerint. Nam & ebrie
tate madent/Interdum & concinunt una:uẽtremq́ ſimul oblectant/
ac ueneri indulgent:quibus tamen oblectationibus expleri/ eos nõ
ſinant impediens metus/incredulitas/malorumq́ inſtantium me-
moria ſpropterea audire carcerem licet : ex luctu/cantu/gemitu
plauſu pariter mixtis concrepare. Contra priorem illam uitam ſi-
milem duco,uiro:qui in puriſſima luce diuerſetur/ qui pedibus ma-
nibus/colloq́ ſoluto/in quamlibet partem liber incedat:aſpectum
ad hęc in ipſum ſolem intendat/& ſpectet Sydera/dum ipſum a
nocte diſcernat/ſpectet anni tempeſtates/ſentiat uentos/aerem hau-
riat purum/ac liberum: Q ui ſimul ſe ab interioribus illis uolupta-
tibus:ſimul etiam a uinculis exoluerit:propterea nec ebrietati/nec
uentri/nec ueneri Indulgeat:non etiam Lugeat/plaudat/cantet/ge-
mat/nõ ſatietatẽ ſectetur : quin potius neceſſitati naturę ſatisfaciẽs

tenuem atq; elimatum habeat uentrem. Vtram ergo propoſitarũ imaginum laudãtes admirabimur? utrius miſericordia tãgemur? utram præoptabimus? Num illam/quę in uinculis habita/confuſis illis incertis/odioſis ac miſerabilibus uoluptatibus męſtata ſit. Hic ubi mortales & luctum & gaudia miſcent. Minime ſi ſapies/anime mi. Sed potius relictis imaginibus/ac fabulis/ad eum uirũ accedes/qui nequaq̃ uixit temporibus Saturni. At in medio ferreo genere/ab Apolline/ab Ioue/in libertatem aſſertus ſit. Is quidem haud Atticus/Doricusue erat/aut ex Solonis/aut Lycurgi inſtitutione diſcipulus: Non enim uirtus confertur a locis/aut a legibus/ſed Sinopeuſq; ex ponto/qui conſulto Apolline/& erumnas depulit/& uincula confregit. Quamobrem in omnem partem expeditus rationalis inſtar auis/peruagatus eſt: non tyramni metuens ferociam: non legibus aſtrictus ullis: nõ ciuilibus curis occupatus: non liberotum educatione grauatus: nullis ligatus nuptijs: nullis ruſticis occupationibus detentus: non militaribus uexatus ſtudiis: non nndiq; a mercatura circumuectus: Sed qui huiuſcemodi profeſſiones/mortaleſq; ſimul omneſ/eorumq; inanitatem/haud aliter irrideret: q̃ pueros quoſdam in talorum ludũ uehementer intẽtos: cuius gratia ſe inuicem cędant/ac ſpolient. Itaq; regis intrepidi/liberiq; morem imitatus/haud hyeme Babylõios contriuit/haud Medis ęſtate negotium exhibuit. Verum ut cunq; anni rempeſtas expoſceret/ex Attica migrabat in Iſthmum: Ex iſthmo remigrabat in Atticam. Regię eius erant templa/gymnaſia/lucią;/diuitię ampliſſimę firmiſſimę/ab inſidiis uacuę. Tellus. ſ. cuncta/tellurisq; fructus/fontes uberrimi terra editi: qui Leſbiis/Chiisq; uinis/lautitię pręſtarent. Aeris pręterea amiciſſimus fuit/familiarisq; perinde/ac leões: neq; unq̃ tempoꝝ legẽ (ut ea ẽ a Ioue ordiata) euitauit/aut ullo ſe artificio aduerſus eã mũiuit/ut artificioſe tẽporẽ ꝑ hyemẽ fabricaret: ꝑ ęſtatẽ uero frigus acciret. Verũ ita ĩ cõſuetudinẽ uenerat naturę/ut eo uiuẽdi ordĩe/firmiſſimã/ac robuſtiſſimã ſanitatẽ adeptus: q̃ longiſſime ſenectutẽ extraxerit: nullis interim medicamentis/non ferro/non igne tentatus: Nullum pręterea Chironem/Eſculapium/Eſculapiiue diſcipulos expertus/nullis diuinationibus uatum/nullis ſacerdotum luſtrationibus/nullis ueneficorum

carminibus captus. Quinimo bellis ardente gręcia, gręcis omnibus hoſtiliter ſe inuicem inuadentibus. mutua, cꝫ inter ſe lachrymoſaqꝫ bella gerebant: quaſi, cum hoc uno indutię eſſent. Inter armatos inermis, inter pugnantes, quaſi ſęderatus uerſabatur: Nullam uel improborum, uel tyramnorum: uel Sycophantarum iniuriam perpeſſus: Tametſi ille nihil antiquius haberet, q̄ facinoroſos homines corripere. quos tamen haud ſophiſticis uerbis (quod eſt in omnigenere cenſurę moleſtiſſimum) ſed cottidianarum exemplo actionum (quę maxime ſalubris, quietaqꝫ reprehenſio eſt) ad bonam perduceret frugem. Quapropter aduerſus eum, nec Melitus, nec Anitus, nec Ariſtophanes nec Lycō ſurrexit. Cur igitur Diogenes non hāc potius eligeret uitam? quam ex profeſſo cępit, q̄ dedit Apollo, laudauit Iuppiter: quā nemo, qui ſapiens ſit, non maxime admiretur? An aliud exiſtimemus erūnas eſſe, q̄ negotii uſum: quem quis habeat, non ſua ſed alterius cauſa ſuſceptū? Maritum roga: cuius cauſa acceperit uxorem: ob ſuſcipiendos liberos, dicet: Patrem roga, cur liberos alat: ob ſucceſſionis amorem reſpōdebit. Miles rapiendi libidinem ſequitur: Colonus fructuum ſpem: Auarus facultatum habundantiam. Qui res tractat ciuitatis, honores affectat: cumqꝫ omnes huiuſmodi amoribus deſeruiant: maxima pars hebetibus oculis aduerſam ingrediens uiam, aduerſum conſequitur uotum. Iccirco optatorum adeptio, fortunę magis eſt: q̄ uel mentis iudicii, uel artis. Nemoqꝫ qui ſtudiis his implicitus ſit, non periculum aliquod adit uitę: calamitatemqꝫ incurrit, haudquidem libens, ſponteue ſuſceptam: neqꝫ tamen eorum ignoratiōe bonorum: quę per ſe ipſa expetenda eſſe liquido conſtat. Quemnam igitur ex his liberum dicas? Num populi ducem? multorum dominorum ſeruum dicis. An oratorem? Acerborum Iudicum ſeruum narras. Tyramnum ne? ſeruum ais impudentiſſimarum uoluptatum. Imperatorem potius? Nunquid nō eum animaduertis incertiſſimę fortunę famulari? Nautam magis? Quaſi nō fateri cogaris, artis immodetabilis mancipium. Quid philoſophus? qualem philoſophum narras? Socratem laudo. Sed tamen eum audio dicentē. Legibus pareo: ſponte me carceri exibeo: non inuitus ſummo uenēum: Quid ais Socrates? Libens ne, an magis inuitum in-

ſortunium decore ſubis?ut legibus pareas?At quibus?Nam ſi quidem a Ioue emanarint:autorē laudo.Sin uero a Solone:quiSolon melior Socrate?pro philoſophia reſpondeat Plato.Nūquid ipſam unq̄ cōturbauerit aliq̄s ?uel Dion ī exiliū pulſus·uel Dyōſii minę: uel ſicula·uel Ionica maria·totiēs ſurſū deorſumq; decurſa. Ad Xenophōtē uēio:cuius uitā erroribus· āeipiti fortūa · neceſſaria militia· īuita prȩfectura·hōeſta fuga plenā fuiſſe cōſpicio· Has inq̄ erūnas uita illa euadit:Q ua qdē Diogenes·Lygurgo·Solōe Artaxerxe·atq; Alexādro ſublimior eſt:& ipſo liberior ſocrate:ppea φ neq; inſudiciū ductus·neq; īuiculis habitus · nec pp calāitates laudatuſ.

VTRVM CIRCVLARES DISCIPLINAE CONFERANT AD VIRTVTEM. XXI

ſ

Ocrates ī ea diſputatiōe: quā habuit cū politicis illis uiris ī pyrȩo ·urbis rei.p. q; optie formā ſermōe effingit· quēadmōū ī fabuliſ moſ ē. Idē cōdit legeſ·puerosſ alit·custodesq; īpōit ciuitati : Iubet prȩfca ciuiū corpora atq; aīos·hos qdē muſicȩ illa gymnaſticȩppterā daſ:quaȝ etiā diſciplīaȝ prȩceptores·optīoſ in primiſ·legitimosq;·ueluti gregis cuiuspiā ductores eſſe uoluit q̄s & cuſtodes noīauit·Q uāobrem rudioribus non nullis uiſus eſt·potiuſ per ſomniū quam reformare ciuitates.Verū eiuſmodi mos erat philoſophiȩ illius antiquȩ: qui ſimilitudine quadā ad oraculorū accederet formam . Sed Socratem(ſi placet)cū gratia dimittamus· Athenienſemq; hoſpitem ut reſpondeat nobis īuitemus.Iamq; ipſum quaſi·olim in Creta cum Metillo illo laeȩdȩmonio·& cum Clinia gnoſio·ī antro Iouis Dictȩo colloquentem uideor audire:Inq; his legibus quas ciuitati dorieȩ:quȩ edificaretur ſanciret·iubere certenſium genus muſicē recipere:quȩ eis ſimul augeret fortitudinis ſtudia:ſimul iracundiam āimi ſuauitate melodiȩ demulceret:ne uel truncam·uel imperfertam uirtutem poſſideret: quȩ eos in exterioribus bellis· ad obdurandum·patiēterq; labores perferendos·ac mortem intrepide ſubeundam inſtrueret:Intus aūt inanío·q uere alūnus ē ſuus · ad ſeditiones excutiēdas nullū remediū ·opē ue afferet.Cur hoc ais Attice hſopes? An ita anguſtū·hu-

mile atq; incomparabile eſt bonum·eius modiue in certitudie ĩ uo-
lutum uel negotio diſtrictũ·ut omnino ſe nemini pręſtet aſſequẽ-
dum:niſi qui cantet :ſaltet ·ac geometricas lineas·ſurſum deorſum
q; ducat:·in quibus qui diutius commoretur,uideatur quid uis po-
tius petere: q̃ ut uir bonus euadat : cum tamen acceſſus ad bonũ·
ſi quidem utilitatem reſpexeris·negotium ſit in primis ſublime ma-
gnumq;:ſi facultatem obtinẽdi·minime arduum:cum improximo
ſit aliquis,ſaltim uirtutis uſus ei:qui ſemel animum induxerit·cędẽ-
dum honeſto eſſe·ac turpi repugnandum. Reſpondet in hunc mo-
dũ Atticus hoſpes. Quę res in ciuitate lex nuncupatur·ea,niſi pri-
us perſuaſione ceperit ciues,ſcripturam·alioquin ianem eſſe. Iccirco
exigi ut populus accipiendis·ſeruandisq; legibus·docilis ſit : At in
aĩa pmultus ẽ populus ·ideq; terribilis:Is tñ ſi ſemel conſenſerit·
ac manũ dederit legi:eiusq; pręcepta ſectet̃ ĩ aĩa cõponit politiã ·ĩ-
primis optimã,q̃ philoſophi ĩ hoĩes appellãt.q̃ obrẽ philoſophia
accedens legiſlatoris munere ſuſcepto,inordinatũ·errabundumq;
animum·perinde ac plebem aliquam inconditam exornet : Quo
conficiendo negotio,non nullarum artium auxilium aduocet:mini-
me (medius fidius) fabrilium ac ſordidarũ : neq; ex his,quę uobis
uilia conferant:Sed quarum unius negotiũ eſt ·corpus:ut reddat
animi uerſatile uehiculum: ualidumq; ad eius obeunda pręcepta:
quę quidem gymnaſtice uocatur·Alia eſt animi cogitationum enũ-
tiatrix·nuncupata rhetorice. Alia poetice · optima nimirum adole-
ſcentis animi nutrix & alũna . Arithmetice ſequitur natuı ę nume-
rorum prĩceps. Poſt eam Logice ſdiſſerendi negotio magiſtra. Geo-
metria uero·ac muſice:quę ambę ſotię ſunt:atq; arcanorum quodã
modo conſcię·philoſophię perſonam ita ſubſtinent ex ęquo:ut cũ
ipſa negotium·ac laborem partiri uideantur : Sed quantũ ad labo-
res attiet·id alio tẽpore atq; ordĩe·dicemus: Nũc aũt muſicẽ tractã-
tes·ueluti·quę ĩter animi ſtudia antiquiſſĩa ẽ:dignũ ea ſermonẽ ha-
beãus. Dicẽdũ ergo ĩ primis ex ipa pulchrũ fieri·uel eũ uiꝝ·uel eã
ciuitatẽ·uł uniuerſũ etiã gẽus coꝝ:ad quos decreto diuĩo·Muſicę
peruenerit ſtudiũ. Minime uõ eã ĩtelligẽ,quę A·tibiis·cantilenis cho-
ris·ſaltatiõibusq; egreſſa·ſine aliq̃ ratiõe ĩ aĩmũ penetrat : neq; aliã
ob cãm·q̃ pp auriũ oblectationẽ habeť ĩ honoř·Huic enĩ humanus

animus propriæ uirtutis deffectu afficitur/ eāq; iucūditatis illectus ſpetiæ ſectatur/ & amoris huiuſce nimio æſtu/ de pfecto ſtatu muſicem ueram deturbat. Iccirco ea (ut nūnc eſt) extenuato corpore incedens/ pulchritudinem & ſanitatem illam ueterem abiecit. Noſ autem ſpetie decepti/ in morem columbæ/ quam fucati floris artificium pro naturali ac natiuo interdum eludit/ eiuſdem ſimulachro congredimur: haud ipſam ſentientes, ueræ illius helicōiæ muſæ. Homero amiciſſimæ: Heſiodi magiſtræ/ Orphei matris/ faciem mētiri: cuius neq; poſſeſſionem/ neq; etiam aſpectum adepti ſimus: Quapropter a lege propria deflectens/ calamitoſa nobiſcum efficitur/ animūq; tum publice/ tum priuatim in pernitiem trahit. Vbi.n.ſiculi Dores montanā illam muſicē ac ſimplicem/ quæ olim inter armenta gregesq; uerſabatur/ domi relinquentes/ tybiarum: Sybaritica ſtudia adamare cæperunt: ſaltationibusq;/ quales ſonum tibia ſolet excitare/ operā dederūt: muſica illa (ut modeſtiſſime de ea loquamur) in leuitatem fatuā abiit/ ut autē ueriſſime dicamus/ euaſit in flagitium.

a NTIQVA Athenienſium muſa in puerorū choris conſiſtebat. Chori erant ex pueris ac uiris/ ruris colonis tributim cōgregatis: qui nec dum depoſito puluere: quē ex agro nuper/ uel ſato/ uel arato/ contraxiſſent: carmina tunc primum compoſita canebant/ a qua animus paulatim ad aliam artē declinans/ quē propter dulcedinē eius/ ſitim explere non poterat/ ī theatris ac ſcenis corrumpendæ rei.p. principiū fecit. Vera ſi quidē illa harmonia/ quā muſarū celebrat chorus/ cuiusq; Apollo muſiductor prīcipes eſt/ Ipſi non ſolū aīo/ ſed & familiæ, & naui & exercitui ſalutē plurīmā affert. Et ſi Pythagoræ (quod certe decet) credeř ueliuſ: nec cælū/ ſpū uacat harmōia: haud tñ ea/ quæ īſtar uł lyræ uel tybiæ ſonū edat: Sed ītelligere ē ī eo dæmonū/ corpoꝝq; muſicoꝝ circulationē/ Symmetriæ nūeros īplere/ cōtrarioq; niſu diuinū perficeř ſonū: cuius cōcentus pulchritudo ſentiatur a Diis: auriū autē noſtraꝝ pp ī becillitatē naturæ/ propriāq; præſtantiā exuperet captū. Idem coniicere Heſiodus uidetur/ cum deorum Heliconē nominat quēdam: in quo chori diuiniſſimi conſiſtant/ eorumq; principem eſſe/ uel Solē/ uel Apollinē/ ſiue aliud īponi libeat nomen/

ſplendidiſſimo·muſicoq; igni. Hanc autem humanã muſicen : quę
animos circuit·quid nam aliud eſſe dixerimus? q̃ pedagogicum q-
dam officium·quod animę affectiones moderatur? Id.n.nimiã ela-
tionem,impetumq; animi·quaſi quibuſdã incantationibus demul-
cet:remiſſionem atq; infractionem·ſubleuat exacuitq;. Muſice nã-
q; artifex aptiſſima eſt in luctu leuando,in contundenda iracũdia·
in comprimenda audacia : in temperanda bonorum uirorum cupi-
ditate·in ſanando dolore:in conſolandis amoribus · in leuanda mi-
ſeria. Optima ad hęc in ſacrificiis comes ſodalis:in conuiuio : impe-
ratrix:in bello:aptiſſima:pręterea ad celebritates ĩſpergendas lepo-
ribus:Dyoniſiaq; exhilaranda:Eadem myſteria ſanctificat·politicos
temperat mores:Ita namq; Beotios agreſtes ante tibiarum ſtudiũ·
ad humanitatem traduxit. Ita etiam Lacedemonii ex Tyrtcii carmi-
nibus·anĩos ſumpſerũt. Argiui ex Teleſillę melodia. Leſbii ex odis
Alcei:Sic & Anacreon Samiis mãſuetũ Polycratem reddidit:eius
q; tyramnidi Smerdię amores · Cleoboli comam·tibias Bathilli·
Ionicosq; inſeruit cantus . Q uid.n. antiquiora repetamus? Orphe-
us ille Ocagri · & Calliopes filius,genitus ĩ thracia eſt:Pangeo mõ-
te:Pangeum ex thracibus incolunt Odriſſę montana natio latroci-
niis aſſueta·inhoſpitaliſq; : ea nihilominus Orpheum ſecuta:ſua-
uitateq; cãtuſ delinita ·libẽs accepit in ducẽ. Vtiq; hoc erãt quercuſ,
ac Menades·aſſimilantibus ſcilicet poetis · ignobilem illorum ho-
minum:quos muſice duxit·ruditatem corporibus inanimis . Alius
in Beotia fuit citharedus longe nobiliſſimus :minime tamen eius
modi: qui canendo·ut in fabulis eſt·lapideſ moueret:Nam quomo-
do murus ex cantu fiet? Sed ſub cantu·gradario compoſitoq; Iuuẽ-
tutem Beotiam in aciem cogens·Thebas in expugnabili qr cunde-
dit muro:qualem Lacędemoniis Lycurgus conſtruxit : cum tibiã
Iuuentuti ducem eſſe· in prelis conſtituit. Cui deinceps audientes
Lacędemonii chori,legem,ad bellum tranſtulerunt. Eandem hãc
tibiam Themiſtocles habens Athenas ipſas impoſuit nauibus:Ce-
nereq; erat · ad eius ſonum · hos quidem remigare · illos pugnare·
utroſq; euadere uictores:teſtatumq; mãet Deas usq; ab Eleuſi hu-
ius concentibus chori reſpondiſſe. Ex eadẽ tibia monumenta uicto-
rię ſunt conſtituta : tam Lacędemonia · q̃ Attica : tam maritima·

q̃ terreſtria trophea ·pulcherrimis epigrammatis inſcripta. Ab eo-
dẽ prętcrea choro pręceptore Leonidæ Laccdemonii uicerunt. Sed
cur muſiccn oportet tam multo celebrare ſermone? aut eius exag-
gerare dignitatem? quando eam ſatis conſtat·optimam pacis · atq;
ocii nobiſcum miniſtram eſſe: optimam commilitonem·egregiam
nobiſcum ciuem: aptiſſimam puerorum nutricem. Ocyſſime nan-
q; ex omnibus ſenſibus · auditus·quodcũq; nouit traſmittit ad ani-
mum·ſibiq; conſentientiſſimũ reddens: in eoſdem affectionũ impe-
tus trahit: unde animi muſicę expertes, ĩmodulabilesq; quãcunq;
Iucunditatis ſpeciẽ arripientes·nunq̃ erit legiſ·ut recte cultores eua-
dant. Hii cum muſicen uoluptatem propriã uocent: id nomẽ prop-
terea non facit·ut utraq; ſimilem finem intendat: Attamẽ melodiã
pertractando uidentur in negotiatione conuenientiam habere: ut
ſi quis medicinam appellet·eam artem: quę ab officio curandi ſeiũ-
cta·medicamenta tantum perquirat. Eodem pariter modo Geome-
triam nobiliſſimum philoſophię membrum: non nulli nullius pre-
tii·rem, uilemq; tendentem ad finem arbitrantes: tantũ in ea ſtudii
poſuerunt·ponendumue eſſe cenſuerunt· quantũ neceſſitatis uſus
uideretur expoſcere: uel ad dimenſionem terrę· uel ad edificiorũ cõ-
ſtructionem·cęterasq; hoc genus·mechanicas artes: Nihil prętcrea
in ea proſpicientes ulterius·cum tamen lõge aliter ſit. Nam neq; ſi
inopes coloni·minime exacta ratione terram metirentur: Ideo ſa-
tis cauſę foret·cur ea deterius inhabitanda eſſet. At qui officiũ hoc
precæteris geometricis officiis uiliſſimum eſt·eius namq; pręcipuũ
opus ueluti acutiſſimũ quoddã intelligentiæ collirium · ei nõ igno-
bilẽ potentiã parit: per quã ad uniuerſi aſpectũ peruẽimus: cuius
uſus q̃ plurimos latuit·q̃bus ſimile q̃d uidetur accidere·cuiuſmodi
ſit: ſi is quẽ ex mediterraneis regionibus·tũc primũ ad aliquẽ addu-
cas portũ: ĩ quo nauẽ cõſpicatus·delectatusq; artificis ĩgenio, nauẽ
ipſã ĩgreſſus·ita ea uteret: ut cũ inſtrũenta nautica uerſaret · nullũ
aliũ pter hũc finẽ·naui poſitũ eſſe exiſtiaret. quem Pallas operis in-
uẽtrix ĩ hũc modũ alloquať. Cernis pelagus hoc ut latiſſimũ ſit? ut
ĩfinitũ·ut uniuerſę t̃rę circunfuſũ? cuius fines pluribus attigit ĩ lo-
cis: quoꝝ·neq; fama unq̃ habueris·neq; uidẽdi cõceperis ſpẽ. Antea
locus·cuiq; ſuus dũ taxat notus erat·ut ſunt reptilibus latibula: la

terdictaq; omnino amicitia mutua·congreſſus cõmertium· ac rerũ permutatio·q̃ hoc a me cogitatum ·ad opusq; deductũ eſſet inuentum: Id profecto auiũ more ſuſpenſum · quodãmodo aliſq; libratum in omnem partẽ euolabit: Quod quidẽ ſi minime credideris· experientia diſces: tale quid de geometria aliquis Deoꝝ ·uel eadem ipſa Minerua proloquatur. Hoccine ſpectaculũ cernis · capiti ſup impoſitum tuo? ut pulchrũ·ut uariũ eſt? ut circulariter circa terrã mouetur? aſtris refertũ· deferens ſolẽ· ſuſtinens lunã. Id cuiuſmodi ſit·penitus neſcis: cũ tamen ipſum & intueri· & intelligere opineris· At ego te ex mediterraneis locis arreptũ · cõpacto quodã expedito uehiculo·qd nobis geometria ſuppeditabit·illuc perducã. Hęc te ſuſcipiens ſtatuet ĩ portũ: ubi cũ aliquãdiu nauigatiõi aſſueueris nauſeã·trepidationẽq; depuleris·e portu puro & facili curſu in altũ exiſtẽtiũ uere·reꝝ oceanũ euehet· Illuc.ſ.ubi auroręroſeę domus choriq; ſunt: ubi exorientis ſolis·lunę ſplendidiſſimoꝝ· pręterea cęterorum corpoꝝ ſplendores coruſcant: quorum q̃ diu ſpectator nõ ſis· tam diu beatitudinis ĩmunis·expersq; fueris.

NVN QVIS DIVINA SORTE BONVS FIAT. XXII.

Omerus cum ex perſõa Neſtoris Telemachũ alloquitur his utitur uerbis.

Haud puto te iuitis natum·atq; adoleſcere diuis:

Hic ipſe optimos quoſq;·dios appellat: hãc (arbitror) ſecutus rationẽ·q eos exiſtimaret minime ab arte·ut euaderent bõi· Sed potius beneficio Iouis cõſecutos·cuius etiã uerſus illi· qbus celebrabatur Demodocus·illuc pertingere ſuſpicor · ut ſub perſona Demodoci·fortunã propriã relĩqueret teſtatã· Verſuum autem ſenſus eſt hic·

Huic affecta bonum conceſſit muſa malumq;·
Carmĩe·nã dulcẽ dedit ẽe·at lumĩe caſſum.

Quibus ego carminibus ita aſſentior·ut ea: quatenus poeticę donũ muſis aſcribãt·plãe probẽ: quatẽus ĩputent cęcitatis iniuriã·omnino repudiẽ. Haud. n. huiuſgeneris donũ (quod calamitatem ĩportet) deceat muſas. Neq; fide dignus Demodocus·cum de ſe ipſo dicat.

Ipſe mihi doctor: tribuerunt numina uocem.

Quid ais optie? q fieri poteſt? ut cū a diiſ uocē accepiſſe te dicas, tu temet ipm poeticē docueriſ? Si quidē Dii ex pręceptoribus cūctis, errare minie queāt. Reſpōdet Demodocus, perinde atq aliqs amplo diues patrimonio reſpōderet ad eos: qbus proprius labor diuitias pepeniſſet. Natiuas. ſ. ſe opes poſſidere, nullius ſibi uel īduſtria, uel labore delatas. Nā & Heſiodū credimus gregē olim ad Heliconē ī Beotia paſcentē. ubi cātātibus muſis occurriſſet, exprobatūq ſibi, paſtoritium ab ipſis negotiū audiſſet, acceptis laureis ramis, cātare illico cępiſſe, repētecq ex paſtore poetā euaſiſſe: Iuxta atq aiūt, Coribātes audita ſtatim tibia, de priori mētis ſtatu deiectos, furorē incēdi. Verū hęc a ueritate plurimū abſunt. Attamē Heſiodū crediderim: cū poeticē cōiieceret, ſocturā eſſe proprię artis ſuę: de ea nihilominus, tāq a muſis accepta: ipſis ſe gratū teſtari uoluiſſe: Quēadmodū faceret is: q cū ęrarię fabricę peritiā ſuopte cōparaſſet īgēio, tā tñ benignitati Vulcani aſſignaret. Quid de Cretenſibus dicā? nō ne eos credere par eſt: q pulchre īſtituti a Mīoe eſſent: uirtute delectatos Minois famā ornare uoluiſſe? unde & puulgarint Iouis ſillū pręcepta hauſiſſe, dū eius ī ātro (qđ adhuc oſtēditur) nouē cōtinuis ānis, magiſtro Deo, ad ediſcēdas politicas artes operā daret. Ita habuit Cretēſiū fama. Eleuſinius uir athenis fuit Meleſagoras dictus: hic nullas artes edoctus, īſpiratus a nymphis (ut eſt Atheīenſiū ſermo) et ſapiēs euaſerat, & uates. Cretenſis alius ī eandē urbē cōmeauit: Epimēides noīe: hic etiā cū nullos pręceptores poſſet oſtēdere: diuīę rei aptiſſimus in primis erat: qui Athenienſiū ciuitatē, tū peſte, ſeditionibusq pculſam, haud alia potius re: q ſacrificiorū expiatiōibus liberaret. Quorū diſciplinę tradēdę ñ aliū auctorē q longiſſimū quendā ſomnū, atq ſomniū fuiſſe declararet. Sed & proccōeſus Philoſophū habuit, Ariſteā nomine: Hic cū ī initio nullam apud proccōeſios ſapientię opinionem haberet: iccirco q in ea comparanda nullis magiſtris uſus uideretur: ad incredulitatem illorum. ſmumouēdam, huiuſmodi ſermōem inuenit. Animū uidelicet ſuū aiebat relicto corpore ſublatū, cōfeſtim ī aerē, uniuerſam tam gręcam q barbaram terrā peragraſſe, Inſulas pręterea cūctas, ānes, mōteſ, necq alicubi pegrīatiōē āte cohibitā, q hypboreoſ, ſſes īcurriſſet. Interea ubiq gētiū leges, & politicoſ moreſ īſpexiſſe

naturas itidem cunctas regionum: mutationes aeris: alluuiões maris: fluminum emiſſiones: Quĩ etiam & cęlũ ſupexiſſe: cuius ſpectaculum propter ſublimitatem uolatus clarius longe q̃ qui ſpectant e terra conſequi poſſet. Quamobrem hęc dicens uerior Ariſteas eſt habitus q̃ uel Zenagoras uel Zenophães ille: uel qſquis alius ſubſtantias rerum enarrarit. Vt quamuis homines animi circuitus non intelligerent rationem: neq; quibus ille oculis ad ſingula ſpectanda uteretur capere poſſent: mentẽ tamen quoquomõ inducerent: animum omnino oportere peregrinationem aliquã ſuſcipiere: ſi quidem uelit ſingularum rerum ueritatem depromere. Sed libet ne Ariſteam Meleſagoram Epimẽidem: cumq; his poetarum enimgmata dimittere? philoſophiſq; magis mentẽ noſtrã adhibere? hos ipſos loquor: qui uel Lyceum uel elegantem academiam frequẽtarunt: nequaq̃ fabuloſos: neq; enigmaticos nequaq̃ portentoſis delectatos: ſed popularibus uerbis intelligentięq; aſſuetos. quorum principem uerbis huiuſmodi rogemus. Nihilo Socrates antiquius eſſe: q̃ ſcientiam te ſępius uſurpantem ſermonibus audimus: adoleſcenteſq; ipſos ad diuerſa pręceptorum hoſpitia propellere: utpote qui Callian hortatus ſis: filium ſuum ad Aſpaſię mileſię ludum. Virum ſcilicet ad mulierem mittere? tuq; id gratis uir apud eã frequẽter diuerſatus ſis? neq; tamen hac una magiſtra cõtentus amatoriã artẽ de Diotĩa: de Cono muſicã: poeticã de Euẽo: de Iſchõaco agriculturã: de Theodoro geometricã cõpararis: Quẽ ſane ſiue diſſimulantẽ: ſiue magis uiriliter: & aperte loquentẽ: inquã quiſq; uelit partẽ accipere: laudo. Sed tñ cũ te audio colloquẽtẽ cũ Phedro cũ Carmide: cũ Alcibiade: cũ Theetheo: ſuſpitio oritur mihi: ne ñc oĩa tribuas ſciẽtię. Sed potius innuas naturã ãtiquiorẽ lõge pręceptorẽ q̃ hoĩes fuiſſe: qđ quidẽ ex hiſ uerbiſ licet elicere: quę tu ĩ ſermõibus tuis m ius (ut ita dixerim) pẽſiculate proferre uiſus es. Diuię ſortis eſt ut cõſuetudinẽ cũ Alcibiade habeã: Phędrũq; alibi diuinũ caput appellas. De Iſocrate quoq; q ĩ oratoriã ualde incũberet: uaticiniũ ędis. Quid ſibi hęc Socrates uolunt? Sed te (ſi placet) miſſum ĩ pñtia facio: & ad hoꝶ auctorẽ uerboꝶ accedo: q̃ tibi iunctiſſimus ex Academia eſt. Is rogãtibus nobis reſpõdet: Vnq̃ ne optimum uiꝶ euadere diuini mũeris ſit?

Nec tamen (cum dico optimum/uirum) poetam intelligo / ne mi-
hi ſtatim Heſiodum obicias/neq; uatem: ne Meleſagoram dicas/
nec expiatorem / ne Epimenidem proponas: ſed potius dempto
ſingulis artibus nomine/uirtutem quęro/qua optimus quiſq;/uel
familiam commode: uel ciuitatem pulcherrime gubernet. De hac
ergo fare. Nun cui unq̄ contingerit / ut illam intercedente minime
artę ſuſceperit a Deo? Aut ego ualere te ſinam. Vicarius uero ſer/
mo/ tanq̄ uir cum uiro congreſſus: ī hunc modum liberius loqua-
tur. Quid miſer iſta ais? eo ne animū tuum inducis/ut quid eſt ex
cunctis bonis humanis preſtantiſſimum: id facillime ab hominū
arte tradi putes? a uirtute/uero diuina anguſtiſſime? Quamuis
quid attinet diuinatoriam artem ſacrificulam poeticā / expiatoriā/
oracularia simul has omnes cum uirtute diuina comparare? Vt
cum eas minime ambigas/diuina quadam prouidentia / in animis
hominum uerſari: rariorem tamen his omnibus uirtutem morta-
lium expectes ab arte: Nimirum diuinum numen magnifacis / qđ
uelis in rebus abiectiſſimis munificum in optimis parciſſimum ſe
pręberet. Miſſum autē facio: q̄ ſi Deus ſingula perficit: neceſſe etiā
ſit/cum optima perficere: Non enim ſi ęrarius faber architecturę
tradendę minime ſufficiat: aut ſi agricola nauticę ſit artis ignarus:
Si nauicularius medicinę: aut alius quiſpiam terreſtrium munerū
peritus/maritimis/ac uiciſſim maritimorum terreſtribus īeptus ſit.
Ita etiam Deus ab una tantum circunſcriptus eſt arte. Sed potius
puto/quicquid emanet a Deo/quod ad animi facultatem compare-
tur: id artem ad cōſumationem propriam perducere: Quod uero
ad ſciētiā diuinā diſponit: id ita ad totū ſe habere: ut ad totū ſe ha-
beat particula. Qua pp cōſiderandū eſt: ſi deus ſingulas artes/tāq̄
hereditatem aliquā poſſideat/ac tradere poſſet: nū potiorē illis uir-
tutē largiri n̄ ualeat/aut etiā nolit? Id aūt totū hoc/mō cōſideres ue-
lim. Pone eſſe aliqđ ī rebus diuinis/qđ perfectiſſimū / ſibi ipſi ſuffi-
ciens & potentiſſimū ſit: cui ſi qđ ex his partibus demas/Id ipſum
dēas de eo/qđ dicitur totū. Si enim perfectū nō ē: ſibi ipſi ſufficere
nō poteſt: Et ſi ſibi nō ſufficit/perfectū nō eſt/Id aūt quod nec ſibi
ipſi ſufficiat/nec perfectum ſit / quomodo potentiſſimum erit? At
qđ ſibi ipſi ſufficiat/pfectumq; & potentiſſimum ſit/ pp pfectionem

poptee uult bonum propter ſufficientiam poſſidet: propter potentiam conferre poteſt. Deus igitur ſi uult ſi poſſidet/ ſi poteſt/ quid prohibet ne conferat bonū? Nam ſi quod habet non confert/ omnino dicendum eſt nolle. Sin uero cum uelit: non tamen habet quod cōferat/ cōferre nō poteſt/ Sin & habet/ & uult: q̄re n̄ poſſit? Si igit̄ poſſidet bona: utiq; ea perfectiſſime poſſidet: perfectiſſima aūt eſt uirtus: uirtutem ergo/ quam poſſidet: tribuit Deus. Quamobrem timendū minime eſt: ne quid ex genere bonorum aliūde/ q̄ a Deo/ ad homines permanet. Sed nec aliquid apud homines habetur bonum: quod non proueniat ex Diis. At quemadmodum uirtus manabit a Deo? Humanum omne/ dupliecem ab initio naturam/ ſortitum ē: Alteram quę ad uirtutem ferretur: alteram/ quę ad improbitatem declinaret: quarum improbitas repreſſorem deſiderat/ cōſeruatorem uirtus. Quod ſi prauę naturę probus imponitur rector: ut eſt optima lex/ conſuetudo ue/ Is indolentiam munit: bonū q; non dico/ largiſſime lucratur: ſed potius impendens diminuit exitium. Optimi uero ingenii/ animi in medio coeuntium uirtutis improbitatisq; extremitatum collocati/ propugnatorem adiutorēq; deſiderant Deum: qui eos ad meliorem partem īpellat/ ducatq;. Ad improbitatem namq; iter eſt lubricum/ & ingenitę infirmitatis negotium: quę probis etiam animis: uoluptatum/ atq; appetitionum illecebris blandiēs: eos ad eaſdem flagitiorum ſemitas trahit. Itaq; Iouem audies dicentem.

Heu heu q̄ falſo mortales numina culpant/
Eſſe malum a ſuperis affirmant: cum tamen ipſi
Criminibus propriis homines ſibi damna crearint.

At ipm nihil tale audies de uiris optimis loquētē. Nā neq; eorum probitatiſ a ſe cauſam abigit: neq; ī auctorē aliū reicit/ Sed cōtra hęc ait

Diuini quid erit/ quare obliuiſcar Vlyxis.
Cuius in erumnis animus non frangitur: & quem Pallas Amat.

Quis igitur negare auſit diuinę ſortis eſſe/ Vlyſſes bonus ut ſit? cuius memoriam Iuppiter habeat/ & Pallas curam gerat. Cuius ductor Mercurius/ quem amat Calypſo: ſeruat Leucothea/ Hic ſi ideo bonus/ quod certe inficiari non poteſt/

Qui mores hominum multorum uidit & urbes/

Multa quoq; & ponto paſſus.
quomodo diuinę ſortis nõ erit: ut ille multis obiectus exercitus
q; erũnis & optius euaderet & poſſit agnoſci. Dęmõe aduerſus cũ
certatores q̃ pluriũs iſtruẽte. ex barbaris troiãos: ex grecis optios
quoſq;: ut Palãedẽ Aiacemq; domi ualẽtiſſimos. ac petulãtiſſimos
Ex cyclopibus feriſſimũ. ex tracibus inhoſpitaliſſimũ. ex ueneficis
uehementiſſimã. ex beluis pluricipitẽ. ĩmenſum mare, tẽpeſtatẽ ſe-
uiſſimã: q; cũ naufragiis cõtinuis obiecit. q; p ĩnoſum mẽdicarĩ coe-
gerit. pãis fruſtra perentem luctantẽ calcibus. ac cõuitiis cęſum.
Quorũ ſingulis laboribus ipm ãicus oppoſuit Deus: ne forte cre-
deres iratũ Neptunũ ĩ eũ ſeuiſſe: q; chariſſimũ ſibi natũ excecaſſet:
aut Solẽ cęſorũ boũ iniuriã ultũ eſſe. Caue exiſties uſq; adeo Nep-
tunũ agreſtẽ hoſem atq; ĩhoſpitalẽ filiũ dilexiſſe: Aut ſolẽ tãq̃ icpẽ
bubus, uſq; adeo parci noluiſſe: ut ppea ulyſſem ĩ eas calãitates
proiecerit. Iuppiter ipẽ hoĩ auctor fuit? Nõ ne idẽ Iuppiter Hercu-
lẽ filiũ ab otio. mollitie. ac uoluptatibus abducẽſ. Euriſteũ potius in
eaſdẽ demerſit? Huicq; Herculi cũ apris. leonibus. dynaſtis tyrã-
nis. latrõibus. cũ lõgiſſimis itineribus cũ ſolitudinibus terrę: cũ flu-
uiis negotiũ eſſe uoluit. An q̃ unã cõtinuã noctem ex tribus effeciſ-
ſet: ut Herculi procreãdo operã daret: nõ ipm ex laboribus uitę exi-
mere potuit. Quid igitur? exiere noluit: Nõ. n. Iouẽ id uelle fas ẽ,
qd pulcherrimũ nõ ſit: Sic igitur optius Hercules. optiũ ſ Liber. op-
timus Vlyxeſ. utiq; nõ lõge abieris. Socratẽ ne ipm ceſebis bñficio
potius artis. q̃ munere diuino optimũ fuiſſe? Hic profecto, ſi artẽ
reſpicias ſtatuarii filius. paternã hereditatẽ capeſſet. At ſuffragio
Dei, paternam excutiens artem: ad uirtutem potius aſpirauit.

¶BONO BONVM MAIVS NON ESSE XXIII

Homerũ minĩe audio. tũ cũ Lyciũ accuſat Glaucũ. iccirco
q; auteã arma cõmutarit. cũ Diõedis ęreis armis: ea inq̃
arma: quę cẽtẽis bubus. p iis armis: quę nouẽ ſolũmõ
cẽſerẽtur. Id enĩ fortaſſe in iudicio factũ accuſet, hõ pecũię ſtudẽs:
¶Mercator qualis forte eſt. nauisue magiſter.
Aut onerum memor: aut is qui lucra peteſſit:
Nequaq̃ uero poeticus uir accuſabit. Calliopes. ut ipſe uult
haberi diſcipulus: quam nec turpia laudare fas eſt, neq; etiam

honeſta condemnare. Decuit ſane Glaucum · ſi quidem filius erat
Hippolochi·qui Bellorophontem patrem·Syſiphum auum · Eo-
lum atauum haberet optimoſ uiros:cum occurreret ei uiro quem
ſors bellica ſibi hoſtem offerret:Iura autem hoſpitii paterni cōcilia-
rent amicum:ueterem amicitiam agnoſcentem · progenitorūq; cō-
ſuetudinem reuocantem·in permutandi ratione : magis oportuni-
tatem temporis conſulere·q̄ uel pretii armorum habere rationem·
uel comparationis auri cum ęre · ut eſt mos cauponantiū uinū.

Ferrum alius pendit·uiolento hic utitur ęre·
Pellibus aſt alius agit·ac mercedę Iuuenci.

Conpenſationis ſcilicet ratio pręſens reſpicit lucrum . et ſi minus
confertur cum maiori:expenditur quanti cōueniat inęqualitatem
illam exęquari:Nemoq; ita a commertiis abhorret, ut ignoret talē-
tum decuplo maius mina eſſe.drachmamq; in comparandis rebuſ
pluriſ ualere q̄ obolū.In poſſeſſiōibus parādis(ut ait prodicus)
Agricolę terram iugeribus metiuntur/qui laxius incolunt ſta-
diis/qui locupletiores exiſtūt his omnibus/ut ſunt ęgiphi funibus
agunt. In pecudum peculio/Dardanus multo ditior erat Polyphe-
mo/cuius uidelicet armentum / ex tribus equorum milibus, palu-
ſtribus locis paſceretur. Verum ſi quis his / quę ad uſum hominū
faciunt/dimotis/cum his conferre uoluerit·atq; etiam expendere ip-
ſa bona: inueniet quidem(ut opinor)ea quę ſpectant uſum, modo
caritatem : modo utilitatē accipere:aut a tempore, aut a lege · aut a
uoluptatibus·aut a moribus · aut etiā a fortuna ſurſum ac deorſū
cuncta uerſante.Cum contra quod uere dicitur bonū / firmū atq;
inconcuſſum permaneat:nunq̄ declinet ęquilibre·cōmune·indiui-
ſibile/copioſum·ſibi ipſi ſatis exiſtēs,neq; incrementi·neq; īdigētię
patiēſ ſit.Nā qđ auctū eſt/alterius additamento/auctum eſſe cōtin-
git.At ſi ad bonū acceſſerit bonū·caue exiſtieſ bonū ip̄m acceſſiōe
bōi·maius bonū euaſurū·Erat nāq; bonū & āte. Si uero id qđ ac-
ceſſit ad bonū/bonū minime erat·Abſurdā rem ais:bonū adiecto
malo·maius effici bonum.Omne deficiens/deficientia deficiens ē·
At ſi bonum deficiens eſt·abſentia boni/habuit defectum:tum cū
deficiens erat.Si uero quopiam altero/& non ipſo īdiget bono/de-
fectus is nequaq̄ afficit bonū.Sed cur propoſita nō conſideremus

BIBLIOTEC. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hoc modo? Fateris ne corporis ſanitatẽ aliquid eẽ? Quidni? Fateriſ etiam morbũ? Et morbum: Age rem totam pertractãtes, dicamus hoc modo. Non ne ſanitas eſt conſentientis bene corporis cõſumatio quędam? in quo ſcilicet contrarię partes optima ratione permixtę, conſentire uidentur? Vt aqua, ignis ac terra cum aere: ut iterum ſingulę ſingulis, ac cęteris omnibus. Sanitas ergo ex uariiſ conſtat, ac diuerſis. Cẽſebis ne propterea ſanitatem uariam quãdã rem eſſe ac diſſidentem? nequaq̃. uero ſimplicem certamq;. Si igitur dicas ſanitatem conſumationem quã piã exiſtere: firmitatẽ cõtinuo fateris. Quicquid n. rẽcte compoſitum eſt, quo ulterius progrediatur minime habet. At eſt finibus certis circũſcriptũ. Iam uero morbuſ, quid eſt aliud q̃ diſſolutio quędam, ac perturbatio foederis exiſtens in corpore? Cum. n. cõtrarię partes ſe inuicem petũt pugnantq;, uiolatis quodamodo fęderibus, cum perturbatur, ac conteritur corpus: tumultuantibus partibus opreſſum diſcerptũ, ac quaſſatum: num eiuſmodi bellũ ſimplex habebitur, atq; unũ? Nimirum, minimę erit medicina exiſtimationis. Nunc uero multiplex, ac multiuocum effectum: quod ięcirco dicimus morbos: artẽ etiam ipſam multiplicẽ effecit, uariis inſtrumentis inſtructã, plenã multis medicamentis, cibis ac regulis uiuendi. Muſicen conſidera, uidebisq; optimam conſonantię rationẽ unicam eſſe: neq; unq̃ ipſam, aut meliorem, aut deteriorem fieri ſe ipſa. Quod uero ab optima conſonantia diſcrepat: multitudinem eſſe, uarias cauſas diſſonantię habere, ac penitus diuiſam eſſe. Quamobrem chorus uniſono conſenſu unus exiſtit: diſſentiẽs uero, ſcinditur, diffunditur, diſtrahitur, ac multitudinem parit. Eadem ratione triremis ſi ad tybię ſibilum duxerit remos, multarum manuũ impulſus, uſq; adeo coniungit: ut unã omnes remigationis formam efficiãt: tolle tybiã cooperationem illam penitus diſſoluas. Currus item ab auriga, cõmuni curſu, impetuq; uno equorum impellitur. Tolle aurigam, qd prohibet diſtrahi currũ? Exercitus pręter tãteſſera accepta ordinẽ ſeruat, teſſerã tolle: aciẽ omnino diſſipabis ad multitudinis fugam. Quod eſt igitur propoſitũ corpori bonũ? Sãitaſ: Q d malũ? morbus. Sanitas utiq; dũ taxat eſt una: morbi uero pmulti. Itẽ qd eſt muſicę bonũ? Harmonia. Quod malum? diſſonantia. Vnum

Igitur eſt :quod eſt recte compoſitum : multitudo autem : quod
a recta cõpoſitione aberrat:Ita & chori concẽtus eſt unus:: diſſẽſio-
nes permultę.Eſt etiam ipſius triremis :tibia una:inobedientia aũt
pertinet ad multos.Currus una tãtum aurigę arte dirigitur: uarie-
tate autem inertię diſtrahitur.Q uid eſt in exercitu teſſeram obſer-
uare? Vnum ſcilicet atq; idem obſeruare.At contumaciter ſe ad im-
perium habere, uarium ac multiplex quippiam exiſtit. In unitatis
igitur natura eius qđ eſt unum:neq; exceſſus neq; defectus aſpicio.
Nam cum ſtabilis ſit neq; propter fugam neq; propter perſecutio-
nem recipit excurſum:Vbi ĩ numerum multitudinis incideris: tũc
datur numerare naturas. Longę uię terminus eſt unus , ſed inter-
ualla premulta. Si Babylonem petieris : propinquiorem Inuenias
Aſſyrium Armẽio.Armenium propinquiorem:q̃ uel Lydum ,uel
Ionas uel inſulanos.Acceſſeris ad eleuſin? proximam iuenies Pelo-
poneſum ipſam:ſecundum peloponeſum Megaram: ſecundũ Me-
garam Iſthmum. Verum donec uel Megaris fueris:uel etiã ĩ Pelo-
põeſo initiatus minime eris:neq; prius q̃ ad ipſum acceſſeris tẽplũ.
Vitam hanc cenſeto uiam eſſe longĩquam:uel ęleuſin , uel Baby-
lonem uiatores ducentem : Cuius terminus ſit ; uel Regia ipſa
uel templum eamq; uiatorum initiatioq; multitudine frequenter
currentium impulſorum laborantium quieſcentium , iacentium
deuiantium errantiumq; . Etenim multa impedimenta , multęq;
fallaciæ occurrunt : quarum aliquę per rupes atq; altiſſimos hia-
tus homines ad ſyrenas deducunt: alię ad lotophagos ac Cimme-
rios populos . Vna dum taxat eaq; anguſta & accliuis , & aſ-
pera , & infrequens ad ipſum termiuum ducit : quam ,uix , neq;
tamen ſine multo negotio , labore , ac ſudore , ſuperare ualeant
animi ſollicıti , laboribusq; obuiam euntes , regionis illius ac
ſacrorum deſiderio accenſi : quorum pulchritudinem diuinatio-
ne iam ante conceperunt . Hi poſtq̃ peruenerint ad locum depo-
nentes labores , affectiones pariter deponunt . Q uę nam enim
imitatio ſit hac potior habenda ? quis eſt alius locus ſtudio homi-
num dignior? Eum namq; locum bonum ipſum inter homines te-
net:quem habet nõ dum initiatiſ Eleuſis:q initiatus nõ es,ad Eleu-
ſin accede,Initiare ipſum locum aſcende: bonaq; ipſa complectere

Id ſi feceris maioris boni deſideriū abicies : At ſi bonū nequaq̄ proprio : ſed mutuato potius nomine ab his rebus : quę natura bonitatē nō babent appellare uolueris : ut eſt corpoꝝ ſanitas : ut forma ut argēti atq̨ auri affluentia ut progenitoꝝ nobilitas ut magiſtratus, quę quidē magis uoluptatum q̄ ueri boni nomine cenſenda ſunt. Enūtias myſteria Deum ipſum offendis, nimirū talia appetis bona qualia concupiuit olim myſteria Alcibiades tēulētus myſteriorū facifer : ex conuiuio ſacerdos ludibundus q̨ ſacrificator. Bonū ſublimius bono nequaq̄ faciliuſ iuenias q̄ pulchritudinē pulchritudine uen uſtiorem. Nam ſiue pulchirtudīem ſiue bonitatē uel etiā leuiter mutilaueris haud erit amplius uel altera pulchra uel altera bona : Num cęlum non uides īminens capitibus nr̄is? Num non ī eo exiſtētia aſtra? Nū nō īfra cęlū ętherē? īfra etherē acrē? īfra acrē mare? Metire horū omniū naturas : Id ipſū qđ dicius tellurē : quę uniuerſi pars eſt : quāuis ſeſe late extendat multiformisq̨ ſit arbores ferat animantibus pabulū miniſtret : ſi tn̄ cū mare cōparetur magnitudine maris inferior erit : ſicuti mare etiā ipſum anguſtius aere aer minor q̄ ęther : ęther q̄ cęlū. Hactenus perueniunt partes : quę ſe inuicem uel ſuperant uel ſuperantur : ſi ad ipſum acceſſeris cęlum : in eo quidem inuenias magnitudinem una cum pulchritudine pariter ac firmiter conſiſtere. Quid n. ſpecioſius cęlo? quid ſyderibus clarius? Quid ſole uegetabilius? Quid uitalius luna? Quid ordinatius cęteris choris? Quid uenerabilius numīe Deorum? Verum homines, ipſis Diis honores nō ſecus q̄ ſi bonis uiris diuiſuri eſſent : quaſi lance quadam expenſos impendunt Quis hic eſt? Iuppiter imperet. Quis alter? Saturnus in uincula trudatur. Vulcanus ęrariam exerceat : Minerua texat. Videlicet (ut opinor) ignorant deorum legem unam eſſe uitam unā modū unū : In quo nec diuiſio nec ſeditio ſit. Reges omnes ęquales ętatibus omnes ſalutares omnes, pari dignitate denūminatiōcuc ęuū omne ducētes : Quoꝝ una natura ſed nomīa ꝑ multa : quę quidē humana caligo de peculiaribus ſuiſ utilitatibus ſūpta ſingula ſinguliſ īpoſuit. Itaq̨ aliter atq̨ aliter nuncupatus eſt Deus : perinde ut alia atq̨ alia maris pars dicitur. Egeum Ionicum Mirthoum ac Cretēſe : Cum tamen omnes pelagus ſint eiuſdem generis eiuſdē affectio-

nibus obnoxię/atq; in uicem confuſæ. Eodem pariter modo bonũ
unicum eſt/ſibi ipſi perſimile/atq; omnino æquale: quod quidẽ
mortales propter debilitatem ingenii/ipſiusq; boni ignorationem/
opinionibus ſuis diſtraxerunt. Callias locuples eſt: Beatus qui tot
poſſideat bona. At Alcibiades formoſior Callia: perpendamus eiuſ-
modi bona: cum pulcritudine .ſ. diuitias/ quanti alterum facias? cẽ-
tum ſcilicet boum eſtimatione. Alterum uero? Nouem boũ/ Vtrũ
preoptemuſ? ſane uel phẽix uel egyptius Calliæ eliget bonũ. Eleuſ
uero/ac Beotius Alcibiadis malit/ Nobilis Pauſãias; At Euribiadeſ
gloria melior. Confer nobilitatem cum gloria/ utra nã potius au-
ferat palmam? Socrates & pauper erat & deformis/inglorius/tẽuiſ-
ſimis parentibus ortus/abiectus. Cur.n.nõ eiuſmodi eſſet genitus
patre lapicida? ſimus/ uentricoſus comicis luſibus expoſitus. q
coniectus ĩuincula/ubi uitam amiſit? Vbi etiã Timagoras interiit.
O/ſolitudinem bonorum/ne dixerim multitudinem malorũ: qui-
bus, quid eſt quod uelimus opponere? Quid dicimus? Confer
Socratem cum concertatoribus illis in poſſeſſione bonorum: non
cernis cum diuitiis Callia ĩferiorem? Forma corporis Alcibiade/
minorem: honoribus Pericle: gloria Nitia/In/theatro Ariſtophani
cedentem? in iudicio Melito: Fruſtra igitur cum uictorem renun-
ciauit Apollo/fruſtra ei palmam decreuit.

¶ BONVM BONO MAIVS ESSE. XXIIII.

ſED in Homerum cauſa referatur/ꝙ pro permutatione
illa armorum/improbauerit Glaucum. Quid igitur po-
tius agam? Homerum ne apud te iudicem defenden-
dum ſuſcipiam? An magis apud Homerum glaucum ip/
ſum? opinor apud Homerum glaucum tuendũ eſſe: habenda nãq;
ratio eſt dignitatis Homeri præaliis omnibus/ ne dum prę te iudi-
ce/ Quamobrẽ Glaucus loquatur hoc mõ. Si ita eſſet Homerũ ut
bonũ maiore bono deterius eſſet: iure accuſãdus Iuppiter eſſet: qui
mihi mentem alienaſſet/ uerum quantum pertinet ad permutatio-
nem auri/ cum ęre/ nihil eſt/ quamobrem Iouem/ aut etiam me
ipſum condemnes. Nam nec plus habuit/ qui aurum accepit; nec

minus cui ęs traditum eſt. Verum cum utroq; uidetur pręclare ac-
tum: quibus ſcilicet inęqualitas illa materię ultro citroq; datę atq;
acceptę exęquationem in animo accepit certa uoluntate. Et Glau-
cus quidem abſcedat: Vlyxes uero accedat ſapiẽtior Glauco, oſten
ſurus nobis, qualem habeat ſenſum de poſſeſſione bonorum. Et-
enim non ne is eſt, qui Alcioni domum ob delectationem cantuq;
beatam iudicauit? Qui una cum Naſicaa precatus ẽ Deos: ut ei cõ-
ſentientes nuptias tribuerent. qui etiam Caliſo, ob ĩmortalita-
tiſ dignitatem celebrauit? Hic ſi apud alium quempiam diuertiſſet:
qui minime beatus ab epulis cantuq; fuiſſet, aut fęlicitatem hauſiſ-
ſet a nuptiarum cõcordia, Opinor de his etiam bonis, haud tacitã
abſurdamq; ſententiam tuliſſet. Sed quando mihi pulchritudinẽ
obicis, tamq̃ quę proportione una locum obtineat boni: Age pau-
ca quędam de ipſa tibi reſpondeamus. Videris utiq; mihi paſtoris
troiani gerere perſonam: apud quem Iouis iuſſu, Mercurius uene-
rit, tres illas Deas in iudicium ducens, eo mandato, ut de pulchri-
tudine inter eas iudicares. At tu Veneris pulchritudine captus,
eiuſdẽm paſtoris exemplo, Iunonis ac Mineruę deformitatem cõ-
demnas. Enim uero ſi una tantum in uniuerſa pulchritudine pul-
chritudo conſiſtit: et ex tribus illis Deabus, una dum taxat cęteriſ
duabus ſuperior eſt, Neceſſario ſequitur: quę ſunt inferiores inuẽ-
tę deformitatis notam reportare: Non tu id feceris feliciſſime iudi-
ciũ: ſed parce nominibus turpibus: pedetẽtimq; ab altera extremi-
tate ad alteram deſcende: Ne tibi iterũ opponã Homerũ. Is nãq; ca-
nit Iunonem candidaſ ulnas habere, Aurorã roſeos lacertos, Miner-
uã oculos glaucos, Thetidẽ argẽteos pedes, Heben uero talos pul-
cherrimos: Quar; nulli, uir ille, pulchritudinẽ adimit tametſi, illę
una tantũ in parte corporis habere pulchritudinẽ uiderentur. Ne
forte de Diis non bene locutus, Deum offenderet. An uero nõ ca-
nentem Homerum audis chorum agreſtem, ludentium in monte
nympharũ? Quę ſequerentur Dianam ducẽ?

Deſpicit illa caput cunctarum & uertice ſupra eſt,
Conſpicuoſq; gerit uultus, pulchr̃ tamen omnes.

An Homerum irrides? qui nymphas a pulchritudine laudarit?
Nõ pręterea audis quomodo de Menelai pulchritudĩe loquatur:

quo loco ſex eius uulnere effluens ſanguis · coxam reſpergeret: ob eamq; cauſam pulchritudinem coxę muliebri arti comparandam putarit·quę purpura · ebur imbuit ad habenas equorum cōficiendas. Tales inquit Menelae,coxę tibi·ac crura pulcherria cruore infecta ſunt.Cum uero Agamēnonis pulchritudinem laudat:iā nō āplius utitur exēplis Lydicis·ac Caribuſ·aut ebore barbarę mulieris artificio per aſperſionem purpurę nitenti. At ipſum capite· atq; oculis ipſi aſſimilat Ioui. Vnde patet Agamēnonem fuiſſe pulchriorem. Eius.n.pulchritudo·ex oculiſ ac capite conſtabat. Menelai uero decor conſiſtebat in coxis·ac talis. Sed pulcher melioribus in rebus·pulchrior eſt. Pulcher in deterioribuſ·non quidē cōtinuo deformis · ſed pulchritudine inferior eſt dicendus. Quid autem? Non ne ī exercitu illo gręcoꝝ·primas partes pulchritudinis Achilles·Secundas uero Nireus habebat? At Nireus qui ſecundas partes haberet:ac propterea primā pulchritudinis laudem concederet Achilli·te quidem Iudice in ordinem therſite redigeſ. Et ne de pulchritudine ſolum differamus. Aiax de fortitudīe nequaq̄ cū Achille certauit? Nō cū Aiace Diōedeſ? cū Diōede Stheleūſ? cū Sthelēō Meneſtheus? At nemo unq̄ Meneſtheo propter Sthelenū: Stheleno propter Diomedem·Diomedi propter Aiacem: Aiaci propter Achillem uirtutem abrogauit. Verum ī his etiam rebus·fit quidā uirtutis inceſſus·minime medias tranſiliēs naturas: ſed potius ſenſim ab optimis quibuſcunq; ad inferiora deſcendens. Et ut quandoq; diuertamuſ a corporibus: cum quibus & robur & pulchritudo miſcetur. Penelopes & Andromaches exempla capiamus. Nō ne utraq; & caſta fuit·& amantiſſima uiri? Sed tamen in hac laude·Andromache Penelopen anteferes: non ideo q̄ gręca mulier anteferenda ſit barbarę: ſed uerum ob egregiam potius uirtutem: quā Penelope copioſiuſ attribuas. Neſtor Agamēnoni conſiliū prębet· Num ſapiens ſtulto? Multum profecto abeſt·ut credam te uelle gręcorum omnium Regem · genitum Ioue: ac populorū paſtorē· turpi crimine notare. At ipſum Neſtorem q̄ uis ſapiens conſulit· Idcirco q̄ ſapiens ipſe ſapientioris conſilium affectaret. Ceterum de uirtutibus differens·ſi eas·ut ſimiles inter ſe conferam · & eaſdem nihilominus inęquales eſſe oſtendam· eo quod ī participatum ue-

nientes: hic quidem exuberant, ibi uero deficiunt: Nequaq̃ tamen id me tibi probaturum confido: cũ tu ſanitatem quoq; ipſam ſimplex eſſe quippiam opineris. Cedo autẽ. Quid ẽ rerũ oium quod ſit a ſimplicitate remotius? Natura ꝑfecto corporũ, multo q̃ ipſius animę latius patet: atq; diffunditur ad ſanitatis atq; ęgritudinis terminum ſtatuendũ. Ex quo fit, ut qui ualitudinis extremũ perquirit: fugientẽ rem perſequatur: quam ne Eſculapius quidẽ uel ipſe Chiron uno conſequatur excurſu. Vſu autẽ hoc uenit: ut qui ĩ ea re: ad quam peruẽiri poteſt· impares acceſſionis uiderit gradus lętus amplexetur: quod aſſecutus iam eſt, gratũq; ſe oſtendat: ac bene ſentiat de artis illius facultate: non tñ iccirco ſubſiſtat· atq; deſperet ſeſe ad ultimã metam peruenturum. Id quod & in bonis ipſis euenturum puto. Nam cum tres nobis rationes ſe ſe offerant: quarum ope propoſitam queſtiõem decernere ac cõſtituere ualeamus: Earũq; una quidem ad rei ueritatem intuendam pertineat: altera facultatem: tertia utilitatem. Harũ ſingulas ſeorſum diſcutiendas cenſeo. Verum ita ut ordine quẽ mõ propoſui cõmutato: ab utilitate capiamus initium. Illud itaq; proloquiũ: quod in queſtione uerſatur Bonũ bono· uidelicet maius eſſe: non dũ plane ut uerum, neq; ut poſſibile põatur: Idq; ſolũ hoc loco inſpicere cõtenti ſimus. Quid nam. ſ. cõmodi nobis, hęc bonorum ĩparitas atq; utilitatis appor tet? olim nãq; per multa, quaq̃ ne uſpiam quidẽ eſſent, aut eſſe poſſent: ſola tamen utilitatis fide plurimum profuerunt. At nõ Socrates quidem ipſe bonũ circunducens, eius ſubſtantiã, dũtaxat intra optimi fines circũſcripſit, pręciditq; uiam, ac ſpẽ multorũ deſtruxit, ad ipſum bonũ ꝑtingendi. Qui uero, quaſi aſcenſionis cõſtitueret gradus: quorũ mediis tãq̃ ex itineris labore, reſpirare quis poſſet, ac parata diuerſoriã ſubire: lõge ultra uiatorẽ emiſſit: ueluti mediocre aliq͂ bonũ aſſecuturũ, progredientemq; ipſum aſſecutione eius boni cõſolatus eſt: iuxta atq; ipſum attigerit bonũ: Quod q̃ cõtigere poſſet, eũ quaſi pręconio quodã inter bonos, optimũ renuntiauit. Altera uero diſſertationis pars: non ne uictorẽ inter meticuloſos, ualentem, inter imbelles coronat? Et qd totius ſermonis ẽ ſumma, neq; optĩis certatores oppõit: neq; uirtutes p cõparationẽ ſimiliũ expẽdit. Sed mitto cõſiderarẽ ulterius utile: atq; ad poſſibile trãſeo.

Aurum ſane excellens/deteriuſ aurum probat/non plumbum/Argentum redarguit argentum / ęs etam ęs/ac fere īueſtigatio recta per comparationem ſit earum rerum/quę ſecundum ſubſtantiam ſimiles ſunt:diſſimilitudinem autem habent in gradibus exceſſus. Quod ſi bonum inter mala detruſeris/ac per comparationem boni & mali incedere ad inueſtigationē uolueris boni / Quid prohibet/quod extremum bonorum omnium eſt tibi perſonā optimi geſtare? Nam quemadmodum noctu lux ex igne lucens / maiorē claritatē oſtentat eo/qui pariter interdiu apparet:propterea ꝙ noctu profunda obſcuritas circūfuſa eius auget ſplendorem: Interdiu uero/quaſi certamine tenui / ac debiliſſimę luci/cum ualentiſſimo ſolis fulgore ſuſcepto / obſcurari magis minorem claritatem oportet:Sic etiam tenuis notę bonum:ſi per contentionem/cum malis examinari contingat:fit ut optimum/maximum/excellentiſſimūq; eſſe uideatur. Quemadmodum tenebris profundis/parua aliqua ſcintilla/ aut obſcuriſſima nocte/minima lux ſplendorem late oſtētat: At ſi ei cum ſui ſimilibus bonis / curſum contentionemq; proponas:tunc optime diſpicies/id quod uere eſt optimū. Cū ſi aliter feceris/ordinem prorſus perturbes/atq; confundas. Non ne uides lunam/aſtrum ācipitis naturę:die noctuq; eſſe illuſtrē / ſi tn̄ interdiu cum ſole contendat hebetem uideri? Cur ita? nimirum / quia corpus ſolare ex cunctis cęleſtibus corporibus / optimum ac pręſtantiſſimum imperium habet in diem:Per noctem uero luna dominatur:tametſi illa omnium ſiderum ſit/& ordine / & lumine poſtrema. Eadem igitur ratione ſi bonum immittas,in noctem tenebras/atq; obſcuritatem maloꝶ:poſtremum ac tenuiſſimum bonū in tenebroſa illa caligine / principatum obtinebit. Quo tamē cū cęteris bonis in comparationē adducto:neceſſario uincet,id bonū/cuius fulgor/cęterorū bonorū claritudinem perſtringet. Atq; hęc de poſſibili ſufficiant. Ad ipſum uerum aggredior. ¶ Vita hominis haud aliud cenſenda eſt/ꝗ̄ uitalis quidam decurſus/ex anima / corpore / fortunaq; permixtus : quarum compoſitio rerum / ſi recte rationi reſpondeat / ac earum una quęq; ad ſummum ſui roboris gradum aſcendat:mutuus ipſarum complexus fęlicitatis nūcupationem meretur: Quod quidem fit/cum imperium animus/

inſtar ducis exercet : obſequitur corpus militis more . cooperatur
fortūna:quaſi inſtrumentum quoddam armorum ex quibus ſcili-
cet omnibus oritur id quod dicimus uictoriam . Qui ſi de cōple-
xu deduxeris fortūnam:idemq; erit ꝙ militem armis ſpoliare : et
ſi militem abduxeris , uideberis exauctorare imperatorem : at mi-
les pręſtabilior eſt armis:Imperator milite melior . proinde ſi alte-
rum feceris duorum:ut uel imperatori tribuas honorem reliquis
contemptis:quomodo fortūa utetur Imperator ? uel ſi pariter om-
nes ad ęqualitatem reuoces honoris:quomodo fortuna Imperato-
re ipſo utetur? Imperet itaq; animus militet corpus: fortuna ſotie-
tatem habeat belli.Hęc ſi ita ſe habeant:cuncta probo , accipio cū-
cta: ęqualitatem illam honoris de medio tollo:Non uides nauiga-
tionem in mari ut unus gubernator moderetur tamq̄ corpus ani-
mus moderatur? Vt nauis eius imperio pareat:ut animo corpus:
ut uenti nauem impellant : quemadmodum uirtutes fortuna?
Qui ſi tēpeſtas exoritur manente naui incolumiq; gubernatore
ſalutis nunq̄ ammittitur ſpes:ſiue nauis ipſa recto feratur curſu : ſi-
ue arte tempeſtatem deuitet : dum tamen a gubernatore regatur.
At ſi a gubernatore incipiens ipſum abſtuleris , inutilis efficietur
nauis , etiam ſi firmitatem propriam ſeruat inutilis afflatus uento-
rum etiā ſi fuerit ſecundus. Propterea & in mari & in naui & ī na-
uigatione precioſiſſimus eſt gubernator.Poſt gubernatorem ſecū-
dū locū accipit nauis:poſtremā ſedē obſequia occupāt extrinſeca.
Sed & ī curriculo uitę aīus ſupremū ſibi uēdicat honorē:mediū cor-
pus:tertiū fortuna.Bona aūt quę a meliori depēdent maioris digni-
tatis exiſtunt his quę deteriori aſcribuntur.Ego etiam & ſenſibus
adibo paritatē dignitatis.Cęcus erat Homerus , at erat Calliopes
auditor . Surdus Atys at poterat ſolem intueri . Transfer calami-
tates atq; audiat Atys oculis captus: Cernat Hōerus ad ſurditatē
trāſlatus . Atys utiq; Calliopes cātū minīe audiet:Homeꝝ nō de-
ſeret magiſtra.Cęteꝝ Diis quoq; ipis aufero ęqualitatē dignitatis:
qppe q̄ fidē habeā Hōero : Trifariā oīa eſſe diſtributa : quaꝝ ſingu-
lis partibus tāetſi attributus ē honos:minīe tū is ęq̄s ē portiōibuſ
deſcriptus:ſicuti neq; paria etiam imperia conceſſa.Longe abeſt di-
gnitas maris a cęli dignitate:mariſq; ipſius a regione inferna:cum

tamẽ Pluto·Neptunnus·ac Iuppiter·pariter fuerint Dii·filiiq; Saturni. Sed & Lyſander erat Spartiates· At Ageſilaus Heraclides:
Cenſeo autem ſtirpes · dignitatem a uirtutibus capere oportere:
Non enim ut equorum domitor nobilitatem adamat equorum·
Ab Ioue·quam cępit rapti ob ganimedis honorem
Tros pater:
Venatorq; in catulis generoſitatem requirat. Hic autem · qui generi afficitur humano animalis huiuſcę nobilitatẽ ſit cõtempturus? Quid mihi ergo nominas progeniem Xerxis? progeniẽ narras contemnendam: Quid Creſum Aliattis? tenue genus ais. Quid Hippiam Piſiſtrati? impurum genus allegas. At ſi Leonidã·ſi Ageſilaum memores? uirtutem agnoſco: Herculis mẽmoriã repeto: nobilitatem extollo. Vtiam uel Ariſtidis·uel Socratis ſobolęs·Athenis permanſiſſet. Cur enim non ęquari debuerint cum Heraclidarum ſplendore? cum perſica nobilitate? cum omnibus pręterea: q benefici in patriam fuerunt. An laudamus amnium fluenta ſi puritatem ſuorum fontium ſeruent: Laudamus plãtas, etiam ſi earum conſenuerint trũci·ſemina uero permaneant: Nobilitatẽ humanã minime laudabimus? ſi exordia ducens a uirtute: ueluti de nitidiſſimo fonte ·inuiolatam·illam puritatem pręſtabit. Hactenus uirũ te prębes·fidemq; mereris. At ſi de diuitiis te perconter? Quid nã obſecro dices? quo in loco? Quoue inchoro ſtatues rem? Die capite aperto aĩ conceptus? Cuiuſmõi diuitias eſſe ais? Malũ. Quid ſequeris? Bonũ ne? Quid igiƭ fugis? Iurãte lĩgua mẽs ſoluta peierat? Nũ q̃d aliq̃d habeſ· q̃d nẽtrũ ſit? minime ſcilicet, uel bonũ·uel malũ: Sed potius ĩ cõfinio·ac de media quadã regiõe cõſtitutum? Indiferẽtiã ſerua: noli ulterius progredi: ne termĩos traſcẽde. At ſi n oĩe mutato nequaq̃ bonũ: ſed pręponendã dixeris rẽ·nulla ſit ĩuidia denoĩationẽ mutare: dũ tñ ei honorẽ impendere non recuſes.

CVM DEVS BONA AGAT: VNDE MALA: XXV

Lexandrũ illũ macedonẽ ferũt: cũ ad Ammõis templũ
a pueniſſet·ſalutatusq; eſſet ab ipſo Ammone filius· fidẽ
habuiſſe Deo·Iuxta teſtimoniũ Homeri: q̃ Iouẽ Deo⁊:

atq; hominũ patrẽ appellauit. Admiſſo aũt oraculo/ nihil aliud di-
gnũ putauit, q̃d peteret a patre/ uel Darii fugã: uel futurę exitũ pu-
gnę/ utrumue Grecię infortunium impenderet: An aſię miſceri res
& conturbari deberet. Sed quaſi hęc omnia recte procederent: de
Nilo potius percunctatus eſt Deum: Quo. ſ. loco fluendi ille ex-
ordium capiens/ in Egiptum decurreret. ſ. hoc unum ad Alexãdri
conſtituendam deerat fortunam: quod ſi exploratum haberet: om-
nes omnino eius numeroſ impleſſe/ uideretur: Id autẽ tantũ abeſt
a uero/ ut ſi pręter Nilum notitiam etiam acciperet Iſtri/ aut oceãi
ipſius naturam cognoſceret. Vtrum uidelicet ille fluminis more/
uniuerſam circũquaq; terram ambiret: an potius eſſet mediterrãei
maris principium & fons plaulue magis/ in quam ſol ac luna ſub
occaſum ſe conderent: aut aliud quippiam: quod poetarum uati-
ciniis canitur: ſi cuncta in quam ſimul hęc ſciret: nihilo propterea
fęlicior euaderet: cum tamen ei licitum eſſet/ fluuius in eam partẽ
fluere ſinere: in quam eos Iuppiter emitteret. Ipſum autem ubi ad
Ammonem ipſum/ uel ad Theſprotam terram: quercumue/ uel
ad Parnaſum/ uel ad Parnaſiumue oraculum: uel ad Iſmẽnũ/ Iſme-
niamue uocem: uel Delium Delioſue choros: uel quouis gẽtium/
tam gręci q̃ barbari nominis (ubicunq; uocale celebraretur oracu-
lum) acceſſiſſet/ Iouem/ atq; Apollinem oraculum rogare: In quo
uno commũis mortalium generis ſalus/ fundatur. At q utilius lõ-
ge ſacrificium eiuſmodi miſiſſent mortales/ q̃ uel Dores d Pelopo-
neſiacis rebus conſulentes/ uel de Ionicęs Atheniẽſes/ uel de Sicu-
lis/ Corinthii. Quare imitatione accepta/ communium illorũ con-
ſultorum: qui pro uniuerſo genere iuſſi/ olim erant oraculum adirẽ
pcunctemur ex Ioue. Quiſ nã pater erogatorq; ſit humanorũ bo-
norũ? quę ſint bonorũ ipſorũ exordia? q fontes ex q̃bus manãdi ini-
tiũ capiãt: niſi forte ſuperfluũ ſit/ de his bõis: quorũ cauſam ſentire
uidẽtur/ Deo exhibere negotiũ: quorũ ue aut largitiões pſpicius/ aut
ĩtelligimuſ fontẽ/ aut parẽtẽ, & opificẽ uidẽus. Cęli uidelicet cõpo-
ſitorẽ/ harmonicũ/ Solis ac Lunę ductorem: Aſtrorũ circulationis
influxus/ chorę ę decurſioniſq; moderatorem ſupremum/ tempo-
rum promum/ uentorum gubernatorem/ Auctorem pelagi: Terrę
Architectũ/ fluminũ emiſſorem/ fructuũ nutritorẽ/ Creatorẽ ani-

utilius? quando ſibi ipſi placeat, nũq̃ miſerum ſit & in operibus cõtumax: non imbrium, non uentorum: non patiens ſolis, ſuccẽſens temporibus cęli, cum ipſo Ioue perpetuum bellum exercens: hyeme ueſtitur, refrigeratur ęſtate: diſtentum quęrit exinãitionem, deintegro diſtendi auet. Videre etenim eſt ipſum euripi fretiq; iſtar: nunq̃ conſiſtere, quietemue agere, non ſaturari, non cõtineri poſſe: ſed potius uoracitatẽ ſectari: mõ induẽntorum, mõ calciãentorum indigũ eſſe, mõ unguenta, medicãenta, balneaſq; requirere. Vt cum equorũ mille armẽto curãdo, equiſo unus, innũeris ouibus paſtor unus: permultis bubus bubulcus unus ſatis ſit: Vnius tamẽ corporis obſequio, multis opus ſit manibus, multis opus ſit artibus: Atq; utinã tot iſta ſufficiãt. Quę.n. i hoie uis eſt, ut igruẽtẽ peſtẽ auertat? ut cadẽtes cohibeat imbres? ut terrã aduerſus cõcuſſionẽ tueat? ut iſurgentẽ ignem extinguat? An non malorum excurſum ſucceſſionemq; cernis? aut periculorum continuationem non uides? Nil homine tellus alit infęlicius ipſo. Quin etiam ſi coſideres animum q̃ multis eum ęgritudinibus ſuper inſperſum inuenies. Dolorem abige, ſubingreditur metus: abſcedat metus, iracundia exurgit, ſubſidat iracundia, inuidia erumpet. Quodcunq; animũ ãgitante pedes poſitum eſt: malaq; ipſa in proximo ſunt. a quibus eſt nunq̃ ſinceras ſatis indutias accipere. Quid reſpondeat Iuppiter Apollo ue, aut alius ex diuinatoribus Diis? Audiamus eorum interpretem dicentem.

Eſſe malum a ſuperis affirmant, cum tamen ipſi
Criminibus propriis homines ſibi dãna crearint.

Quę igitur criminum eſt cauſa? cęlum & terram duas eſſe mãſiones cenſendum eſt: Alteram omnino uacuam malorum, alterã utrumq; bonum. ſ. ac malum confuſum retinere. Huic uero bõa ex altera illa manſione defluere: mala autem ſuapte malignitate inſurgere. At malignitas ipſa duplex eſt: aut enim eſt affectio materię aut animi licentia, libet a priori incipere.

c ERNIS artificem optimum, materiam habere ſubiectam: ex qua ſi quid eſt, quod concinnum euadat: id ſtatim arti referri debet acceptum. ſiquod in his, quę habentur in terra, ob inopiam uirium ſuarum

peccatum appareat · minime ſtatim culpare artem ipſam oportet: Nūq̄ enim artificis conſilium diſcedit ab arte: ſicut nec legis latoriſ conſilium ab ęquitate diſtinguitur. At diuina mens lōge peritius q̄ hominis ars finem artis attingit. Quemadmodū igitur in opificiis artium aliud eſt: quod ex profeſſo ars ipſa operis finem intendens: ſibi agendum eſſe deſumpſit: Aliud quod opere negotio · cōſequens eſt: quod quidem artis nequaq̄ eſt opus: ſed materię affectio: ut ſūt ex incude reſilientes fauillę ſex camīo ipſa fuligo: aut alia alterius rei affectio: quę neceſſario addicta eſt operę: Neq; adeo artificis eſt propoſitum. Sic etiam pro his · quę accidūt terrę: quę nos inuaſionem humanorum malorum appellamus: minime artē: culpare debemus: ſed potius cēſere naturas quaſdam eſſe · neceſſario negotium fabricę ſubſequentes: Enim uero · quę apud nos opinionem malorum corruptiōisq; habent. pro quibuſ etiam angimur · ea profectó ipſa artifex ad ſalutem uult eſſe uniuerſi. Nam cum uniuerſi curam intendat · partes nimirum ipſas oportet · pro uniuerſi ſalute laborare. Premuntur fame Athenienſes. Terremotu laborant Lacedemōii · Alluitur Theſſalia. Vritur Aethna · Et quando unq̄ Iuppiter · aut immortalitatem Athenienſibus ſpopondit · a quibus ſi abierit fames · Alcibiades tamen claſſem in ſiciliam perditum eat: aut lacedemoniis immobilem terram: aut Theſſalii agri ſiccitatem · aut ſiculis incēdii compreſſionem? Particulę hę corporum ſunt. affectionem igitur materię ītueris: quā tu ideo corruptionem appellas · q̄ eam ex abeuntium rerum cōſideras motu. At ego ſalutem appello · propterea q̄ futurarum rerum ſucceſſionem obeam eſſe coniector. Corporum ac geniturę mutationem · Illum animaaduertis uiciſſitudinem eſſe uiarum ſurſum ac deorſum · ſecundum Heraclitum · cuncta ferentium? Et harum quidem rerū · alio quidem tempore uitam · ex alteriuſ morte oriri: illarū alio mortem ex alterius uita. Viuit ignis ex interitū terrę: uiuit aer ex īteritu ignis · Aqua ex īteritu aeris: Terra aūt ex īteritu aquę. Inficiari n̄ potes hmōi uiīs uitā ſibi ipſi ſuccederē: atq; īde & mutationē corporū · & uniuerſi nouationē creari. Iā uero cōſiderationē ad alterū principium · alterius generis malorū trāsferamus: Id eſt qd̄ ſponte ſua naſcitur · pro licentia animi cōceptum ac conſumatū: Eius ē nomē

Improbitas·cauſamq; ab eligẽtis arbitrio nãciſcitur / Deo ſemp ex-
tra omnem cauſam conſtituro : Quando.n.terra creari oportuit:
quę & fructuoſa eſſet·& animalium / & multarũ rerum educatiõi
ſufficeret: Et quę pręterea mala / quę a ſe ipſo cęlum in ſecundum
hunc locum ablegaſſet·reciperet omnia·conſtrictaq; detineret:Illa
nimirum·mala mixtim in ſecundum hunc locũ confluxerũt. Deus
itaq; capiens multas ac uarias animalium ſortes/eo cõſilio bifariam
eorum naturam diuiſit:ut altera ſcilicet omnifariam·uariasq; uitas
corporibus pręſtaret·ſed tamen & ratione & ſapientia careret·mu-
tuũq; ſibi ipſi interitũ pręberet· eſſetq; penitus & intelligentię om-
nis·& diuinę expers uirtutis·Cottidianum tantũmodo ſenſum·eda-
citatis cauſa ſequens:a quo etiam populariter ageretur.uiribuſ qui-
dem corporis ſatis bene polleret:Sed ad ratiocinationem fouẽdã /
nullam plane haberet facultatem. Contra alteram illam·humanã
dico·unius generis eſſe·unam legem ſpectare / unicamq; eſſe cõſti-
tuit : quę tametſi imbecillum ſumeret corpus: ratione tamen inex-
pugnabili uteretur· Deum intelligeret·ciuilis adminiſtrationis par
ticipes eſſet :communiõem mutuam deligeret·ęquitatem· legem·
amicitiam deguſtaret. Oportuit igitur huiuſmodi / genus cęteris
aliis gregibus pręferri·quos uniuerſa aleret tellus·uno tantũ Deo
inferius eſſe:Non tamen propterea ĩferius·ꝙ mortalitati uideretur
obnoxium.Hoc.n.quod mortem homines uocãt:id ipſum eſt im-
mortalitatis initium:& futurę uitę procreatio:pereuntibus .ſ. ſua
lege ſuoq; tempore corporibuſ:Animis uero ad proprium locum·
propriamq; uitam aſcendentibus. Verum hic unus / de quo nunc
ago·inuentus eſt modus ab ipſo Deo·quo humana conditio / mi-
norem ſe eſſe diuina fateretur:propterea ſcilicet / ꝙ animum terre-
ſtri corpori·tamq̃ aurigã ĩpoſuit currui:cuius & habenarũ ſuſtinẽ-
daꝝ·& incitãdi uim eſſet habiturus:Huic.n.aurigę / ſimul aurigan
di artẽ·uireſq; tradidit : ſimul etiã liberũ abutẽdę artis arbitriũ de-
dit : qui poſtq̃ ĩſcenderit curꝝ·& habenas acceperit:ſi quidẽ felix
beatusq; animus ſit·memoriãq; habeat·ſe iuſſu dei ſublatũ eſſe in
currũ·ualideq; aurigationẽ ĩgere debeẽ:nimiꝝ habẽas moderaſ·re-
gitq; curꝝ·& equoꝝ temeritatẽ cõtũdit. At eq diuerſũ appetũt cur-
ſũ·temereq; huc·atq; illuc rapiũt curꝝ:hic ad petulãtiã,ingluuiem

ac contumeliam:ille ad temeritatem/atq; ferociã. Alius uero tarditatem·mollitiem·ſeruitutem·fatuitatẽ/ atq; humilitatem ſectatur. cuiuſmodi ſeditionibus diſtractus currus / aurigam cõturbat:et ſi equorum unius impotens uis/cęteros uincat; fertur currus pro libidine uictoris. Quo fit ut uictrice interdum petulantia:una currus & auriga/ad contumelias/conuitia/impuritates/ atq; alias nefarias/minimeq; ſinceras uoluptates: Interdum uero dominãte iracundia/in multas uariasq; calamitates uterq; feratur in pręceps.

¶ QVID SIT SOCRATIS DĘMON. XXVI

m Iraris Socratem in conſuetudinem demõis ueniſſe amicitiatis/eidem uſq; adeo ſemper aſſidentis:ut quaſi/cum ipſius mente implicitus uideretur: uiri inq̃ puriſſimi corporis atq; optimi animi conſumatiſſimũ uiuendi modũ adepti / ad ſapientiam aptiſſimi in ęloqo muſici/erga Deos pientiſſimi:humanis ĩ negotiis iuſtiſſimi. Quid inq̃ hoc? & non potius miraris uulgarẽ quandã delphicam mulierem/in Pytho:aut ĩ Dodone/ Theſprotũ hominem:aut Libycum apud Ammonẽ. Ionẽ in claro / lycium in xantho·Boetiũ ĩ Iſmenii templo: Hos inq̃ omnes cottidie demoni congredi:ex eoq; haud ea tantũ:quę ſua uel agere·uel nõ agere interſit: uerũ etiam quę ad alienos pertinent uſus / edocerit: nec de priuatis ſolum:ſed de publicis quoq; uaticinium ędere. An ideo ꝙ fatidica illa ſuper tripodem ſedens/diuino implẽte ſpiritu/ oraculum profert? Et Ionicus ille interpres:ubi aquã hauſerit / biberit ue:diuĩator euadit. Hi uero humicubi / ac ſpurcipedes / quercui Dodonę famulantes/ex ea(ut eſt in theſprotis fama)diuinandi facultatem accipiunt. Sed in ãtro quoq; Trophonii·nam & huius herois oraculum eſt circa Lebadiã urbem / qui demonẽ adire uelit/amictu induitur lineo/talari / purpureoq;/libaq; in manibus habens:ſupinus anguſto ingreditur hoſtiolo:ubi uel uiſu / uel auditu conſequitur: ut cum inde erepſerit:ſibi ipſe interpres/ uatesq; fiat. Sed & in ea parte Italię:quę magna gręcia dicitur / apud lacũ cognomine Auernũ/diuinatoriũ ãtrũ fuit/antriq; ipſius ſacerdoteſ/ ductoreſ animarum ab ipſa re denominati: Quo/qui oraculi cauſa

uenisſet·precatione in primis facta·uictimis cęſis·liquoribusq́ ef-
fuſis·uel patris·uel amici cuiuſpiam animam excitabat ab inferis:
Huius cum ſimulacro obuius fieret·cuius tanta tenuitas eſſet:ut il-
lius aciem prope effugeret·ac falleret:Idem tamē & uocem & ora-
culum emitteret:Vbi de his:quorum cauſa uenerat reſponſum ac-
cepiſſet·cōfeſtī imago abibat e cōſpectu. Huius oraculi notitiā(ut
mihi uidetur) habens Homerus:Vlyſſē ducit ad ipſum:q̄uis poe-
tico ingenio locum illum extra noſtrum hoc mare·collocarit. Et
hęc quidem,quam ueritatem habuerunt a principio:eam & in prę-
ſentia ſeruant: quorum non nulla adhuc integra permanent·nō
nulla clariſſima ueſtigia miniſterii·frequentationisq́ antiquę reli-
querunt.Neq́ non ualde mirabile eſt·neminem illa·tanq̄ abſurda
auſum improbare:aut etiam ꝙ remota eſſent a conſuetudīe corū·
auctoritatem reuocaſſe unq̄ indubium:quin potius ſingulos fidē
habentes tempori·oraculum adire:adeuntes uerisſimum credere:
credito,uti·uſum quoq́ eius percolere. Virum uero natura utentē
generoſa·temperatiſſimaq́ inſtitutione: philoſophia ad hęc ueriſ-
ſima·commodaq́ Fortuna:hunc ipſum cōſuetudinem dęmonis di-
uino munere adeptum eſſe·& admirandum & incredibile uideri:
cum preſertim ex eo tantum acciperet,q̄tum ſibi ipſi duntaxat:nō
autem uniuerſis Athenienſibus pro impēdenti Gręcię infortunio:
aut Lacedemoniis·pro expeditione conſulentibus opus eſſet.Sed
nec pro eo,qui aut in olympia·aut in iudicio certaturus·utrum uic-
turus eēt·neq́ pro adpetentibus diuitias·an eaſ conſecuturi eſſent:
non poſtremo ob aliam cauſam·Ex qua mortales operę pretiū pu-
tant:implicari negotiis ob eāq́ cottidię laceſſunt Deos·Dęmonē
exerceret. Quoꝝ omniū uaticiniis·Socratis Dēon ſuffeciſſet(cur
enim id non poſſet is Dęmon·a quo diuinādi facultas minīe abeſ-
ſet)quādo uel optīus medicuſ·q nouerit morbū·a ſe ipo depellerē:
hoc itidē pręſtarē aliis poſſit:uel faber·ul̄ cerdo:uel dēiq́ qſqſ aliuſ
ſiue ſciētię·ſiue potētię alicuius facultatē acceperit: Verū Socrates
collogis diuinis aſſuetus·eo ditiorē prę cęteris aīum habuit: quo
magis eū īduxerat:ut id tātū ex cōſuetudīe dęmōis caperet:ꝙ uitā
ſuā ad hōeſtatē dirigeret:eaq́ ī aliēis negotiis·ſine inuidia·nec niſi
q̄tū neceſſitas cogeret·uſurus eēt.Concedo aliqſ dicet:hęc ita ſe ha-

bere·Socratemq; fateor·propter ſummã uirtutẽ·morumq;· ac na-
turę generoſitatem in familiaritatẽ dęmonis ſuſceptũ. Sed quis is
Demõ ſit·ſcire percupio: Scies ſi quidẽ mihi ante reſponderis? Nũ-
quid in ordine naturę demonũ genus ·quemadmodum Deorum
hominũ ferarumq;: an potius nihil penitus eſſe arbitreris? Ridicu-
lum.n. pariter ſit·eum qui demones eſſe ignoret : de Socratis De-
mone quęrere: ac ſi natus in inſula: qui ſpetiẽ equi uiderit nũq̃· aut
omnino mente cõceperit· Cum audiat macedonũ Regẽ·iumentũ
quoddã habere·cuius eſſet Bucephalas nomen : Idq; Regẽ tantũ
ſeſſorẽ pati· a nemine pręterea inſcendi poſſe· Subinde roget: quid
nam Bucephalas ſit. Quid.n.non ne hic protinus cogat hęſitare
narrantẽ? qui pręexemplorum inopia: huic ipſi·qui nũq̃ iſpexerit
equos: eorum naturã oſtendere nõ poſſit? Quo igitur pacto: qui
nunc de Socratis dęmone dubitãt·tam otioſe in Homerica lectio
ne uerſati ſunt? Vt quę is·de Achille narrauit· nõ animaduerterit.
Hic etenim cum in contione militari acerbe·uſq; adeo in Agamẽ-
nonem inueheretur: ut gladiũ exerẽs·illum iam iam impetiturus ui
deretur·retinetur a Dęmone. Mineruam hunc appellant: quę ubi
ad Achillem inflammatum acceſſit

Terga premens·flauos Pelidę diua capillos: Cępit
Eadem hęc Minerua·
Abſtulit ex oculis nebulam Diomedis·ut ipſos·
Cernere ſiue homines ualeat·ſeu numina clare:
Rurſuſ & ad Thelemacum·cum Regem ſeniorem aditurus eſſet:
ob eamq; cauſam pudentem ſubdubitatemq; ſotius loquitur.
Thelemache/altera ſunt propria quę mente uolutas:
Altera quę Dęmon tibi ſugeret.
Cauſam adiecit cur Demonis conciperet ſpem:
Haud puto te inuitis natum·atq; adoleſcere diuis:
De aliis quoq; hęc ait
Hanc illi mentem dedit Saturnia Iuno: Et alibi
Titidæ robur Pallas· Et prębuit auſus: Iterumq;
Datq; leues artus in primis crura manusq;.
Nõ ne tam multos uides demõis amicitiam aſſecutos? Vis ne So-
crate omiſſo·percunctari Homerũ? Quid hęc ſibi uolunt poetæ

nobiliſſime? Socratis Dęmon unus erat/ſimplex/priuatuſ/popula-
ris:qui cũ ab tranſitu amnis reuocaret. Alcibiadis amorẽ ĩ aliud dif-
ferret tempus excuſatur: ſe in iudicio: poſt ĩ moriẽdi ſentẽtia perſi-
ſtentẽ nõ ꝓhiberet. Homeri uero Dęmon: neq; uni ſolũ/neq; unã
ob cauſam/neq; unus/neq; pro minimis negotiis aſſiſtit. Verũ om-
nino uarius ẽ: ſepiſſimeq; ſub diuerſitate nominũ imaginũ/uocũq;
apparet: Quoꝝ nũtu quẽpiã recipis? concediſq; aliquid eſſe/uel
Mineruã/uel Iunonẽ uel Apollinẽ/ uel diſcordiã / uel alıũ ex his/
quos introducit Homerus? Neq; tñ id nunc ſciſcitari me putes; an
eiuſmodi Mineruã eſſe cenſeas/qualẽ Phidias effinxit / Haud ꝑfec
to inferiorẽ ea: quã deſcripſit Homerus: uirginẽ ſcilicet formoſam/
glaucos oculos habentẽ / celſam / ęgide pręcinctã /ferentẽ galeã/
ſcutũ haſtãq; tenẽtẽ. Neq; etiã Iunonẽ qualẽ Argiuus Polycletus
edidit / Candidas habentẽ ulnas/Eburneos lacertoſ/bene oculatã/
ornatã/Regiã/aureo throno ĩſidentẽ: Neq; pręterea Apollinẽ: quẽ
uel pictores/uel ſtatuarii exprimunt: adoleſcentẽ / nudum /ex chla-
midula ſagittas emittentẽ/ſuſpenſis pedibus/ perſimilem currenti/
Nõ inquã hoc ago: neq; te ita ineptũ/ineõiectanda ueritate cenſeo:
ut qđ enigmatice deſcriptũ ſit: id te credam ad hiſtoriã transferre
uelle: ſed potiuſ ex uerıſ his nominibus corporibuſue/diuinas quaſ-
dã intelligere potentias: fortunatiſſimis uiris/ ſiue p uigiliã/ſiue in
ſomnis aſſiſtentes. Harũ ſi nullas recipis: uide ne tibi eodẽ tempoꝛ
ſit cũ Homero depugnandũ, oracula funditus tollenda: antiquę fa-
mę refragandũ/ inſomnia eiiciẽda: Socrates ualere dimittẽdus. Ac
ſi tibi nõ ĩcredibilia/neq; impoſſibilia hęc uidẽtur: ſed cũ moribus
naturę cõcordare: et tñ de Socratis facto/non nihil hęſitas: muta-
bo rationẽ/teq; ipſum interrogabo: Nun indignũ Socratẽ ducas/
qui fatali quodã munere dęmoni/inſinuari debuerit? an qđ in aliq-
bus forſan fateris fieri poſſe: id tñ in pręſentia Socrati detrahas?
Et ſi quidẽ fieri poſſe reriſ/nunq̃ profecto obtinebiſ/ut Socrates in-
dignus uideatur. Nã ſi ea res ordini naturę non repugnat/ nec So-
crates quoq; indignus apparebit: Quid igitur reliqui eſt? ut ſcili-
cet omiſſa Socratis cauſa/dęmonũ naturã ĩdagemus/de quo alias
tibi a me habebitur ſermo: Nunc aũt ad te ipſum redi/cõceptãq;
iſtã opinionẽ omnino expurga: ut qđ neceſſe eſt, pręcedere / ad fu-

adiutorem certaminis ſocium, pręſentemq́ eſſe. Hic uero Deus certo quodam loco cōſtituto prętorio cęlū ipſum, cęliq́ ordinem patris inſtar familias gubernat: ab eoq́ ſecunda eſt immortalium claſſis: qui Dii medioximi dicuntur, mediam regionē quę iacet iter cęlum & terram obtinentes: Dei quidem potentia minores, hominibus longe meliores, Deorum penitus miniſtri, pręſides tamē hominum, diis proximi: At hominum curatores diligētiſſimi. Magno namq́ interuallo mortale ab īmortali, & aſpectu cęleſti, & cōſuetudine diſcluditur: Ac propterea dęmonibus ē opus: qui utrāq́ naturam diuinam ſcilicet atq́ humanam affinitate attingētes harmonicis uinculis alteriuſ imbecillitatem cum pulchritudine alterius: cōnectant. Nam perinde atq́ inter gręcos & barbaros, inter quos eſt magna uocis atq́ linguę differentia: interpretes ſunt: qui alterutrorum uoces ſuſcipiendo ſignificationemq́ uiciſſim deferēdo: diuerſitatem illam non nihilum conciliant, cōmertiaq́ inuicem inducunt. Ita intelligi poteſt, Dęmonum genuſ cum Diis, cūq́ hominibus uerſari. Hincq́ eē ut hominibus ſpecies appareant: unde interdum diuinas uoces exaudiant: Dęmonū. ſ. genere in media mortalium natura diuerſante: eamq́, ubi uſus expoſcat, beneficiis iuuāte: quorum grex magnum numerum explet.

Milia terq́ decem genus immortale miniſtri
Sunt Iouis: hiq́ homines ſeruant telluris alumnos:

Horū aliqui medicinā profitentur, aliqui in ambiguis rebus conſilium prębent: non nulli abſcondita enunciant: multi exercendis artibus cooperantur. Hi ſunt in itineribus comites, urbāi alii. Alii ruſtici: Hi maritimi, terreſtres illi. Quidā corporiſ humāi cuſtodiā, uelutiſ lariſ, cuiuſdā ſuſceperūt, ppea uel Socratiſ, uel Pythagorę, uel Platonis, uel Zenonis, uel Diogenis patrociniū habuerūt. Toruuſ hic, ille hominum amator, hic ciuilis: Ille militaris. Ad ſummam: Quot ſunt hominū naturę: totidem etiā dęmonū eſſe oportet.

Vt quamuis ſuperis ſimiles ſint urbibus ipſis
Verſantes, pręſtant diuerſis munera rebus.

At ubi animum uideris ſceleſtum: dic illum nec cuſtodem, ne genium habere.

QVOD SIT SOCRATIS DEMON. II. XXVII

a

ge iam ipſum percunctemur Dęmonẽ: mire enim homines diligit, quorum etiam Corporibus pinde, atq; Iſmenii ars tibiis in reſpõdendo, uti conſueuit. Pereũctemur itaq; ſecundum Homericum Vlyſſem:

Num Deus? An ne homines inter mortalis, & ipſe?
At ſi forte Deus, lato ſpatiaris olympo?
Sermone minime eſt opus, quando quidem te ſatis agnoſcimus.
Seu mage mortales inter telluris alumnus:

Nun quid ita res eſt: ut iuxta atq; homines, affectionibus, uocibus, genituræ, temporibuſq; obnoxius ſis? An potius eam uitæ rationis inieris, ut cum terreſtrem exuperes ſuſtantiam: terram tamen incolendam delegeris. Sane nec Carnem Dęmonũ genus (ita enim Dęmon reſpõdere me iubet) nec oſſa nec ſanguinẽ recipit: Nihil pręterea quicq̃, qđ ſtrahi, ſolui, aut liquari poſſit: aut ſuapte mollitie effluere. Quale igitur? Illud cõſideremus, ĩprimis, Quđ plane neceſſariũ ẽ ĩſubſtantiã Demonũ cadere. Idq; ĩ hũc modũ diſſeramus.

p

atibile & impatibile ĩuicem pugnant: mortale itidem & ĩmortale: Irrationale, ac in rationale, ſenſibile, & inſenſibile: Inanimũ et, aĩatũ. Iã uero quodcũq; ẽ animatũ, duo ex hiſ habet inuicem cõnexa Aut. n. impatibile cum ĩmortali cõiungitur, aut cũ ĩmortali patibile, aut cũ, mortali patibile. Irrationale pterea, cum ſenſibili, aut cum animato ĩpatibile. His nimirum gradibus, ſenſim natura progreditur, cum a ſupremis digrediens ordine, ad infima deſcendit: de quibus ſi quem huiuſmodi ſubtraxeris gradũ, naturam protinus mutilam reddideris. Perinde atq; eſt in harmonia uocum, In qua media, quę meſe dicitur, utrinq; cũ extremiſ uocibus cõſentit, ab acutiſſimo namq; ad grauiſſimũ mutatio hętẽs, mediis interpoſitis uocibus, modulabiliſ redditur. Quod quidem uel ex auribus, uel ex mechanicis inſtrumentis, agnoſcas. Ita etiam naturã meditare perfectiſſimã eſſe harmoniã. In qua pone Deum ſecũdum ĩpatibilitatem, locum ſupremum obtinere, Dęmonem ſeruare ĩmortalium, ſed tamen patibilium ordinem. Hominẽ dic mortalitatis, ac patibilitatis conditionẽ accepiſſe. Bruta irrationalia ac ſenſibilia, plantas animatas & impatibiles eſſe. Verum tamẽ cęteris omnibus in proprium diſſerendi locum aſſeruatis. In pĩti

ſermone Demonũ natura inueſtigemus. Quã quidẽ dicimus eã medietatẽ obtinere: quę Inter hominẽ ac Deũ eſt cõſtituta / Videndũq; ĩ primis / utrũ ea de medio ſublata / ſeruare extremitates ualeamus. Nunquid igitur Deus eſt ĩmortalis ac patibilis? Minime: ſed potius ĩmortalis atq; impatibilis. Quid homo? nũ mortaliſ & impatibilis? minime Itidẽ: at mortalis: non tñ ĩpatibilis. Quo igitur euadet id: Quod ſimul ĩmortale / patibileq; eſt. Oportet. n. tam ex ĩmortali / & ĩpatibili: q̃ ex mortali ac patibili ſuſtantiã cõponere cõmunẽ: quę ſit humana prę ſtantior, inferior diuina: quãdoquidem animaduertendũ ualde eſt / ut extrema inuicẽ proportionẽ optimã ſeruent. Duarũ. n. rerũ ſeſe natura uiciſſim fugientiũ / fruſtra conciliationem tentaueris: niſi cõmunis quidã interueniens terminuſ / utrãq; poſſit pariter ſuſcipere: qualẽ mox dicam. Ignẽ dicimus calidũ & ſiccũ eſſe. Quid uero calido / prę terq̃ frigidũ / ſicco preterq̃ humidũ / aduerſum ſit? Nequaq̃ fert natura ut ignis in aquã. frigidũ ĩ calidũ / ſiccũ in humidũ uertantur: Inter hęc enim perpetuũ agitatur bellũ: quorũ tamẽ ut fędera ſanciat: eorũ arbitrũ aerẽ natura cõſtituit: Itaq; is caliditatẽ ab igne / humiditatem ab aqua mutuatus: diuerſitates ipſorũ in ſe ipſo ſuſcipiens / cõmiſcet: ſenſimq; adiuugendam amicitiã demulcet, fitq; conuerſio / ac tranſitus / tũ ignis ipſius in aerem / Quatenus in eum caliditatẽ propriam inducit: aeris in aquam / quatenus ab ea humidum accipit. Rurſus aer calidus & humidus / terra frigida ſiccaq; eſt / Contraria autem eſt humiditati ſiccitas / Caliditati frigiditas. Icirco natura minime ferat / ut aer uertatur in terram / niſi ſubſtantiam aquę adinueniſſet: quę contrariorum horum (ut ita dicam) conciliatrix: humiditatẽ aeris aptiſſime cum frigiditate terrę coagmẽtaret. Illuc ſumma perducitur: Quãdo ita natura conſtituit / ut ſingulorum elementorum compoſitio ex duabus contrariis naturis coſlaretur: Si quidem ab ipſorũ duobus / alteras abſtuleris partes: eaſq; inuicem conglutinaueris: fiet / ut ex dimidia parte / alterũ ab altero diſiungas: ex reliqua dimidia arctiſſime conſtringas. Is utiq; ſtatutus eſt modus / Quo maxime cõtrarię naturę / ac mutuam cõmixtionem reſpuentes / quoquo tamen modo ĩſinuari uiciſſim uideatur / cõuertiq;: ut ignis in aerem / caliditate Intercedente: Aer ĩ aquam humiditatis officio. Aquę in

mum:non autem ſe ipſum ipſe:Q uid nã id erit?aut quo modo ca-
piet·mens eſſe animũ animi?Q uotieſcunq;.n.contingit·ut alteꝝ
contentũ conſeruetur ab altero : neceſſe prorſus eſt continentiam
eiuſmodi conſiſtere alicubi·& in id tandẽ incurrere· quod quidẽ
continens·aliud a nullo·pręterq̃ a ſe ipſo contineatur. Id ſi non ſit:
ubi nam ratiocinatio conſiſtet in infinitũ uſq; progrediens? Q uẽ-
admodum igitur ſi nauem excogites marinis undis expoſitã ·quã
ne auferat ſalum retinaculis multis· ad aliquam pręgrandem mo-
lem deligarit:quibus ſubinde inuicem colligatis· poſtremum ipſo-
rum·ad ipſam molem·rem ſcilicet firmam atq; immobilem perue-
nit.Ita etiã corpus cum inundetur abęſtu · nauisq; inſtar natet/ti-
tubet/quaſſeturq; :continetur ab animo/eiuſq; beneficio ab impul-
ſu defenditur/conſiſtitq;.At ubi neruos/ac ſpiritus/ueluti retiacula
quędam/per quę interim corpus ab animi quoda modo mole ſu-
ſtineretur/conſumpſerit attritio/ Corpus quidẽ corruptioni ſuccũ-
bit & ĩ profundum rapitur/animus uero propriis uiribus enatans/
ſe ipſum continet/firmusq; conſiſtit.Is deinceps nuncupationẽ Dę-
monis accipit/fitq; aeris protinus alumnus / ex terra in ipſum tam-
q̃ in coloniam aliquam:aut ex barbaris ad gręcos:aut potius ex ali-
qua ciuitate/quę exlex tyrannide · ac ſeditionibus pmeretur / in
aliam legitime degentem : Regiam ac pacificam tranſlatus . Id au-
tem totum cum imagine conuenit Homeri; Q uam ille in Iliade
cecinit/a Vulcano aureo in Clypeo exculptam eẽ /In quo duas po-
nit urbes:In altera uigent nuptię/conuiuia / chorcę / plauſus & ac-
cenſę faces uentilantur·In altera bella / ſeditiones / rapinę / pugnę
ululatus / luctus / fletus . In hoc quoq; Etheri reſpondet terra:
quę pari prope comparatione ad ętherem ſe habet : Hic enim
cũ tranquillitate/plauſibus/ac diuinis choreis plenus ſit·terra tamẽ
multiſonis uocibus negotiorum ſilua/diuerſitateq; uexatur . Nam
poſtq̃ animus depoſito corpore / decedens:hinc ſe in illum locum
ſtatuerit / corpusq; terrę corrumpendum reliquerit· Ipſo momen-
to·legeq; ex hoie Dęmõ euadit : puriſq; oculiſ ppria ſpectacula in-
tuetur: nihil a corporeis illecebris·atq; obſtaculis ĩp editus: Nihil
a uarietate cõfuſus figuraꝝ aut ab aeris caligie obſeſſus. Verũ me-

ram pulchritudinem / meris oculis cernens exultat. At tunc quidem priorem uitam miſeratus ob prȩſentem ſibi placet miſericordiaq; erga cognatos animos: qui adhuc continentur in terra, commouetur. Auet prȩterea eos ex īſita clementia proprium reducere in gregem: Quin & errantibuſ ſuccurrit: Prȩceptum enim accepit a Deo ut terram reuiſat, miſceaturq; uniuerſȩ mortalium naturȩ, fortunȩ, menti, atq; arti, bonos adiuuans, oppreſſoſ ſubleuans, contumelioſis iudiciū ſtatuens & pȩnam. Neq; tamen iccirco omnis indifferenter omnia adminiſtrat: qn potius negotiis diſcretis alius aliam prouinciam capit: Et hoc eſt quod in eorum natura dicitur patibile, & in quo Dȩmon minor eſt Deo. Haud enim ingenium illud uetus quod olim habuerunt in uita penitus deponunt: Verȩ Eſculapius hodie quoq; mederi non deſiſtit, Hercules fortitudinē ſeruat, Liber pater baccatur, Amphilocus uaticiatur, Dioſcuri nauticam exercent. Minos Iudicat. Achilles arma pertractat. Is adhuc inſulam colit in mari Pontico contra Danubium poſitam: eiuſq; & templum & arȩ uiſuntur: Ad quam tamen nemini patet acceſſus: qui non prius ſacrificiū obtulerit: id ſi rite peractum ē, In Inſulam aſcendit. Viderunt ſȩpius nautȩ uirum ſemideum flauicomū, Pyrrhicam exercentem aureis armis ornatum. Sunt qui eum non unq̄ aſpexerunt: plaudentem tamen audiuerunt. Sunt etiam, qui ſimul utrūq;, & audiuerunt & uiderunt. Interdum tamen accidit, ut cum inuitus quis pernoctaret in inſula, dormientem illū Achilles excitarit, deductumq; ī tabernaculum adhibuerit epuliſ, in quibus Patroclus propinabat, Achilles citharam pulſabat: Auditūq; eſt Thetidem Interfuiſſe conuiuio, nō nulloſq; alios Dȩmones ex quibus conſtitutus eſt chorus. Quid autem? Non ne & Hector, ut eſt in Ilienſibus fama, eorum regionem inhabitat? eiuſq; ſȩpiſſime uiſitur imago ſubſultim campum excurrere, atq; emittere fulgorē. Ego tamē (ut de me ipſo loquar) neq; Achillē neq; Hectorē uidi, Dioſcuroſ uidi fulgenteſ ut ſtellas, naui inſidenteſ, eāq; cōtra tēpeſtatem adiuuantes: Eſculapium uidi, non tamen in ſomnis. Herculem quoq;. Sed uigilans uidi.

VTRVM DISCIPLINAE SINT REMINISCENTIAE XXVIII

Retenſis quidã Athenas olim uenit Epimenides nomine: cum eiſmodi narratione: quę multum uidetur a fide aborrere: ſe uidelicet interdiu in ãtro dictęi Iouis quieſcentē altiſſimo correptũ ſonno: permultis continuis annis obdormiſſe ſopitũq; in ſomnis cõgreſſum habuiſſe cum Diis, cum diuinis eloquiis cum iuſtitia preterea & ueritate. Fabulã hãc horſum ſpectare crediderim: ut itelligere liceret, terrenã hãc uitã ab animis humanis ſomnio cuidã lõgo multosq; ĩ ãnos traducto perſimilē putari. Sed tñ fabulã maiorē auctoritatē habiturã ſi quidē Epimenides cum ipſa, uerſus illos: quos Homerus de ſomniis cecinit iunxiſſet. Eorũ ē ſenſus. Duas eſſe portas tenuiũ ſomniorũ Eburneam alterã Alterã corneã: fieriq; propterea ut ea ſomnia quę de cornea porta egrediantur, & ueritatē ſecum afferant, & fidē. Quę uero ex eburnea illa emittantur inaniſſima ſint penitus, & mendaciſſima nihilq; ad animũ ferant qd uigiliã ſapiat. Horſũ ſpectabat Epimenidis ſermo ſiue ille commentitius fuit ſiue narratio ſeria. Quid enim aliud eſt hominũ uita preterq̃ ſomniũ manifeſtũ? p quã animus demerſus in corpus prę nimia (ut ita dixerim) ſatietatē ac crapula uix rerũ ſomniat ſubſtantias. Et ſi ſatis ab uſu docemur maximã aĩorũ partē: ab eburnea porta ſõnia acciperē. Si qſ tñ ex his purus ſobriuſue ſit aut ſaltē minimũ a ſatietate & crapula tactus credibile nimirũ eſt huic ab altera porta manifeſta diſtincta, ueroq; proxima ſomnia obuenire. Cuiſmodi fuit illud epimenidis. Pithagoras ſamius grecorũ primus auſus eſt dicere: corpus quidē ſuum quandoq; morti ceſſurũ, animũ uero quaſi ex ipſius corporis funere euolaturũ a morte pariter ac ſenectute ĩmunē. Qui etiã ante q̃ corpus induiſſet habuerit uitã. Is hęc dicens fidē meruit apud cęteros grecos: creditũq; eſt illũ aliud iam olim in terra corpus habuiſſe: qd tũ troicus fuit Euphorbuſ. Credulitas aũt illa hic robur accepit. Ingreſſus: n. Palladis templũ ĩ quo erãt multę ac uarię dedicatorum munerũ ſpecies In his clypeum figura phrygium repperit uetuſtate iam conſumptũ: Hunc cum Pythagoras uidiſſet: Clipeum agnoſco meũ: quē mihi Interfector meus abſtulit, in Iliē-

mū rationis artem accedere· quę ueluti medicuſ quidā non animo
ſcientiam (quā nequaq̄ prius habuerit) conferat:ſed quę integra
olim exiſtens·poſt impedita·tenuis torpenſq; fuit: eam clariſſime
excitet.In quo idem fere obſequiū interuenit:quod obſtetrices pa
rientibus pręſtāt. Hę namq; eruditas adhibent manus·ſuſcipiunt
fętum·dolores mulcent·maturū partum in lucem educunt puer
perę diſcutiunt periculum.Similiter ratio prægnantem animū·do
loribusq; plenum obſtetricatur: In quibus plurimi uel obſtetricis
imperitia·uel dolorum uehementia·uel etiā ignauia feminis· abor
tum emittunt:pauci admodum rariq; animi abſolute patiunt:ex
quibus ſi ſuſcipitur proles·ea nimirum legitima·integraq; ē: & pa
trē apertiſſime teſtatur.Proindē animi conceptio dicitur mens·do
lores ſenſus partus reminiſcentia·animoſq; omneſ intellige natura
concipere:ſenſu ſuſtinere dolores parere ratione. Q uemadmodū
igitur natura nō recipit quicq̄·niſi ex ſemine oriri:ſed potius quod
cunq; procreatur ſimilitudinem ſecum ſeminiſ deferre ut hominē
hominis:bouem bouis:oleam olę uitem uitis· ſic etiā animus ſi
ueritatem intelligit:neceſſe plane hunc eſt· uerarum ſeminibus re
rum imbutum eſſe.Q uaſ quidem & eſſe·& ſemper eſſe·& ſempi
ternas ſubſtantias eſſe·& immortaleſ eſſe·dicendum eſt.Propterea
ſcientiam florem quempiam· maturumq; fœtum ex animi ſemine
exiſtere:Neq; aliud ignorantiam hominū q̄ ſeminis huiuſmodi ceſ
ſationem eſſe.Si igitur animus quemadmodū & corpus mortale
quid eſt·corruptioni diſſolutioni putredini q; patens: nihil ſane de
eo aliqua cum dignitate loqui poſſum:Neq; enim de corpore licet·
quandoquidem caducus animans ſit maxime labilis uagus· inſi
dus·obſcurus·ac furioſus.Cuiuſmodi naturam ſi animus habeat:
quid nā iſtuel ſcire·uel reminiſci·uel diſcere ualeat? Facilius .n. ce
ra liqueſcens ex ſole impreſſam ſigni alicuiuſ imaginem ſeruet:q̄ di
ſciplinā animus ſi eōpcteus ſit:cum liquido conſtet corporū om
nifariam genus celeriter fluere: perindeq; · quaſi euripum ſurſum
ac deorſum ferri.obeamq; cauſam modo ex pueritia ī iuuentutem
excreſcere.modo ex iuuentute· in ſenectutem delabi . Ipſum uero
animum ab hac natura remotiſſimnm· & Pythagorę & Platonis
oracula teſtātur.Q uin etiam Homerus ante hos:cui animi apud

inferos loquũtur:et interdum diuinatorii ſunt : in quibus cythare dus quidam celeberrimus hęc ait.

Ipſe mihi doctor tribuerunt nomina uocem

Veriſſime profecto loq̃tur ipſe enim ſui doctor eſt animus ſine artificio quopiã eiq; ex Deorũ munere ſuppletur ut naturalẽ ſcientiã habeat. An uero aĩantia cetera haud aliunde quã ex ſe ipſis proprias actiones ediſcant:neq; aliquẽ cognoſcere licet:q̃ uel leonis ad uires cõparãdas uel cerui ad fugã. uel ad currendũ equi pręceptor exiſtat. Ipſe etiã aues ſcientiã a ſe hauriant qua ſcilicet in uerticibus arborũ propria arte cõſeruant nidos & aranee ex tenuiſſimo filo ſibi indito retia nectant:q̃bus in ære uenẽtur nulloſq; pręceptores in excauandis latibulis uel piſces in barathris habeant:ac reliquę deinde aĩalium artes:q̃bus ſalutẽ propriã tuentur ſingulis ſint inertię generibus. Homini autẽ cunctorũ aĩalium(quantũ ad intelligentiã attinet)facile principi aliunde q̃ a ſe ipſo ſcire ſuũ obueniet? Minime gentiũ id erit. Neceſſe namq; eſt eũ aut iueniendo aut diſcendo ſcire:quorũ ad alterũ pp ĩbecillitatẽ ſuã aſpirare nõ poteſt Si ita eſt ut animorũ ſubſtantię ſcientia inuiderit natura. Nam ſi q̃d inuenerit:quomõ utetur inuẽto : cum eius uſum ignoret? Si enim mediterraneus uir(ut ex Homeri loquar ſententia)temoni occurrat:dicet moleſtũ ſe onus humeris geſtare. Hinc & diſcendi ſtudioſus ſi ignaro pręceptori operã det nullam expetitę diſciplię ſcientiam acquiret. Si peritiam ſectetur & diſcendi compos euadat ex eius quęrã doctore quemadmodũ ipſe ſcientiam quam docet acceperit? Aut. n. inueniſſe aut didiciſſe ſi dicet. At ſi quidem inuenerit:qui nam utatur inuẽto nihil ipſum intelligens? Sin ex pręceptore quopiam hauſerit ad pręceptorem conuerſus libens iterũ deq; idem percunctabor. At ubi percuntandi finẽ faciemus?quoue loco conſiſtet dicẽdi ex aliis modus? Incurrere enim omnino ratiocinationẽ oportet ſeũ q̃d id q̃d quęrimus nequaq̃ ab alio accęperit: ſed ſuopte inuenerit ĩgenio:cui eadẽ illa dicẽda erũt quo quidẽ cognito:ſtatim appareat ratio:quę nobis queſtionẽ exſoluat. Quare animi inuentio indigena in ipſo exiſtens eiuſq; ex ſemine certa uel potius animo inſita:quid nam aliud q̃ uerarum opinionum excitatio ſit? Quarum excitatio atq; ordo ſcientię nomen accepit. Vis

ne huiuſ imaginē rei in milite ponamus errante fuſoq; ? an potius exemplum ab Homero ſumentes· fingere libeat nocte · ac profundiſſima quiete exercitum teneri: per quam cęteris omnibus in altiſſimum ſomnum demerſis· unus Agamenon exercituſ dux uigilet: qui tabernaculum egreſſus ſinguloſq; excitans milites.

Primum equites forteſq; uiros· ſepire phalangem
Imperat: ignauos medias implere cateruas:

Non ne quid ſimile apparet in animo ? cum intempeſta nox & grauiſſimus ſomnus· eiuſdem cogitationes oppreſſit. At ratio ducis uel regis optinens locum: uel quocūq; potius nomine· eam libet appellare: ſingulas adiens ſopitas excitet · excitatas in ordinem ducat. Somnum hunc dic eſſe obliuionem· excitationem reminiſcentiam· memoriam· cuſtodiam cōſeruationemq; eorum: quę ordinauerit ratio. Fit autem ſenſim reminiſcentia· quotieſcunq; animus alterꝝ uenatur ex altero· prę ſentibusq; admonitus rebus· manu quodāmodo ad futurarum conſiderationem perducitur. Videre etiam licet in actionibus humanis eandem reminiſcentię uiam: Canente enim Demodoco· in Pheacū conuiuio· cōtentiones Vlixis & Achillis: preſens ulixes cātilenā exaudit· factūq; agnoſcenſ lachrimatur. Num igitur · non credere par ē· animum eiuſmodi principio arrepto· ad iliaca geſta recurriſſe ? corpusq; ulyxis tametſi in Pheacum accumberet conuiuio · animum nihilominus in Ilio uerſari· recenſente memoria: quęcunq; temporibus illis aſpexiſſet: ſicq; modico cōcitum principio magnum ueterum ſpectaculorū numerū cogitatiōe adiiſſe? At q ſtuitus lyrā amorꝝ reminiſcitur. In qbus uſus eſt lyra agiliſ nāq; & expedita reſ eſt reminiſcētia: Ac ſicut maxīe qbuſdā ponderibus cōtingit: ut minimis ad cęp motū ipulſibus patentia ubi ſemel ab ipellente manu motionis initiū acceperit· eam diutiſſime ſeruent. Sic etiam mēs· ſumptis exiguis ad mēmoriā initiis· quę quidem porrexerint ſenſus· latiſſime reminiſcentiā extēdit. Et enim ſingulas res arbitror quas aut preſentes aſpiciat · aut geſtas iā ante aſpexerit oculus: aliarū ſecū cōſequētiā trahere· uel ordine temporis: queādmodū dies poſt ſenectē trahit. Iuuētus ſenectutē· uer: hyems uel ordine affectionis ut pulchritudinē ſequitur amor: Cōtumeliā iracūdia. Proſperitatē uoluptas: Calamitatē dolor: uel loci· ut pharinq;· ſpartenq;· columbiferam queq; thiſben: uel legis

Bœotis Rex Peneleus·& Leitus olim
Arceſilauſq; Prothoenorq; Cloniuſq;
Vel etiam potentię ut
Iuppiter Aiacis da ſortem uel Diomedis
Diuitis aut etiam Regis prodire Micenę:

Senſus igitur· tanq̃ inueſtibulis animę excubantes rerũ principia excipiunt:eaq; intro ad mentem tranſmittunt. Quibus acceptis· incenſa mens reliqua proſpicit: et uſq; ad conſequentiam uel temporis·uel naturę·uel legis·uel loci uel dignitatis · uel potentię perſequitur. Quemadmodũ igitur accidit lõgis·atq; exilibus haſtis· ut q̃ſquis uibrauerit capulũ · reliquas haſtę partes ad cuſpidẽ uſq; concutiat.ut ue qui longi cõnexiq; ordine funis·extremitatem alteram quatiat continuã concuſſionẽ per medium ſpatium ad alterã extremitatẽ tranſmittat. Sic & humanę menti exiguo principiorũ hauſtu:ad integram rerum intelligentiam eſt opus. Quamobrẽ

[Notabilis ſententia]

aptiſſimi ingenii uir·& ad uirtutem propẽſiſſimi·ſponte ex ſe ipſo principium capiens·uiam ingreditur inceditq; ad mẽtiſ ſpectacula: eaq; & aſſequitur mente·& memoria uoluit: Qui uero ĩgenio inferior fit·eum habere Socratem oportet·haud ſane docentem·ſed potius interrogantem·ac perquirentem·a quo ordine rogatus·ueriſſime ad interrogationes reſpõdeat. At qui nam recte de ignotis reſpondebit? Niſi forte quem uideris alterius manu deductum incedere minime ipſum incedere contendaſ. Sed quid nã manu ductor:ab eo qui interrogat: quidue incedens a reſpondente differt? Qui enim rogatur·ſibi ipſi energiã prębet: is uero qui ducit illiuſ regit inceſſum. Verum neq; qui ducitur·diſcit incedere:neq; etiam interrogatus reſpondere·&·tamẽ uterq;·alter quidẽ incedit·poteſt. n. incedere. Alter reſpondet:quod ſcilicet nouit. Confert autẽ uterq; auxilium utriq;· Corpus natura greſſibile eſt · animus rationalis: et ſi immortalis · quod certe inficiari nemo poteſt: huic omnino & neceſſe eſt · intellectiones ac ſcientias rerum ex ęternitate ineſſe. Sed duplicem (ut arbitror) uitam animo habente: altera ſcilicet pura ac clariſſima · & · a nullis calamitatibus temptata: Altera · turbulenta concitata ac diuerſis fortunę caſibus implicita. Ex ultima hac animus ambuiguitatis tenebris per

funditur: perindeq; eius menſ ut temulentorum eſt morbus in torporem inducitur: His uidelicet morbis impudentiſſima(ut ita dixerim)in gurgitatione ęgrotat animus: proximeq; ad inſaniā accedit. Qui ſi ſe ipſum reuocare aliquantulum cęperit·neq; ad ſummum decipitur:neq; omnino ſinceera utitur ratione: Sed medius ueluti in ignorantię rationisq; confinio·ſedet. Sin penitus exhae ſece tamq̄ ex Cimmeriorum regiōne· in clariſſimam ętheris lucē immigrarit · Liber a cupiditatibus · liber a morbo·liber ab erumnis penitus fit:tuneq; ueritatem perſpicit · & cum ratione perpendit. Tunc cum Diis & cum Deorum filius miſcetur. Tunc etiam extremū cęli fornicē traſcendens · cum melioribus uerſatur Diis: & ad eorum militiam aſcribitur · atq; uni Imperatori Duciq; Ioui·operam nouans·ueritatis uerę recordatur. Nunc autem diuinarum reminiſcitur rerum Itemq; tunc fiducię eſt plenus:nunc autem fallitur. Robuſtus uero animus probum demonem ſortitus· etiam hic affectionum tumultui reſiſtit.ſeq; · quo ad proprię ſe ferunt uires·a conſuetudine corporis abducit: ueteꝝ illorum ſpectaculorum memoriam excitat. Propterea coniiciunt poetę memoriā matrem eſſe muſarum·& appellant ſcientias muſas·diuiniſſimum nimirum chorum:Iouisq; opus·memoria genitas· compoſitasq;. Muſis igitur & menmorię danda eſt opera.

❡ VTRI MELIVS DE DIIS TRACTARINT POETE NE AN PHILOSOPHI XXVIIII

Vehemens(mehercle)ſeditio exagitat mortales·quando illi non ſolū ad politiam ac regnū· aut ad ea mala:que iacent in medio·contentionē attulerint: Sed etiā cunctaꝝ rerum quietiſſimas·philoſophiā ac poeticen uexarunt:rem quidē nomine duplicē·ſimpliceem ſubſtantia·minimeq; re ipſa differentē. Veluti ſi quis diem aliud eſſe q̄ ſolis lucem defluentē in terrā: uel ſolis curſum ſuper terrā aliud eſſe q̄ diē exiſtimaret: Sic etiā ad philoſophiā Poetice ſe habet. Quid.n.ē aliud poetice· q̄ philoſophia tempore uetuſta cōſonantia metrica·argumento fabuloſa? Porro philoſophia quid aliud q̄ poetice tempore iunior · harmonia expeditior·argumento apertior? Duaꝝ igitur reꝝ tempore tantū · ac

figura diſcrepantium:quis nam differentiam diiudicet? in his quę
de rebus diuinis utriq; philoſophi uidelicet ac poetę dixerunt?
An dicamus huius rei ſpeculationem huiuſmodi eſſe /perinde ac ſi
quis medicinam illam antiquam/ cum iuniori / ac ad morbos tem
porum noſtrorum excogitata conferens uirtutem/ac uitiũ utriuſq;
perpendat? Huic namq; putauerim Eſculapium reſpõſurum/alias
quidem artes nullam a temporibuſ mutationẽ accipere. Q uaꝝ.n.
uſus idemtidem ẽ/idem/harum etiam opera eadem ſunt. Satis ha
bere medicinam / ſi temperamento corporum obſequium impen
dens / infirmo uidelicet negotio minimeq; certo / ſed potius prop
er diuerſos educationum modos incoſtantiſſimoſ labentiq; cura
tiones/ac uictuſ rationem ad uſum preſentis educationis aliter atq;
aliter acõmodet. Q uamobrẽ minime credas Machaonẽ illum ac
Podalirium filios meos minus commodos medicos fuiſſe his:qui
ſuccedentibus temporibus in eiſdem ſtudiis uerſati ſunt; quiue ſa
pientes/ac uariis haſce curationes inuenerunt : at qui eius tempo
ris ars/cum corporibus nequaq̃ uel pinguibus/uel uariis/uel diſſo
lutis diuerſans:ea longe facilius tractabat:filiiq; iccirco mei/ ſimpli
cem occupationem habuerunt/ut eſt:
Virus ab infectis abſcindere partibus ęgri/
Mitiaue affectis imponere pharmaca membris!
His uero poſterioribus temporibus labentibus corporibus in or
dinem uiuendi multipliciorem /deteriuſq; iccirco temperamentũ/
medicinã/& ipſam multiplicitatẽ ſeq oportuit :ob eãq; cauſam ex
ſimplicitate antiqua decedentem uarium habitum ſummere. Sed
age iam ipſi poetam ac philoſophũ intellige/ſuaſ partes ſuſcipiant/
Eſculapiiq; ſuperioris exemplo de propriis ſtudiis reſpõdeant: Ille
profecto graue aliquod malum dicenduſ eſt pati/qui uel Homeꝝ/
uel Heſiodum uel etiam Orpheum exiſtimet . Ariſtotile ſtagirite/
Chriſippo cilice Clithomaco libyco/aut aliis: qui tam multa/tam
q̃ docta adinuenerunt/ſapientia poſteriores habendos eſſe:& non
hos potius credat / aut itidem eadem : aut etiam meliora pręſtare
potuiſſe : Q uemadmodum igitur / antiqua illa corpora propter
optimam uiuendi conſuetudinẽ/arti ſe tractabilia prębebãt : poſte
riora uero medicinę uarietatẽ poſtularunt / Sic etiã animus priori
bus illis temporibus /ſimplex aut(ut nunc dicimus)craſſus philo

ſophiā·muſicā manſuetioremq; poſcebat : quę ipſum fabulis qui
buſdam·perīde·ac popularis quidā rector·duceret uerſaretq;· Aut
potius nutricū in morē dū fabellis puerorum ingenia demulcent.
ſed procedente tempore acutior · ac uilior factus· tamq̄ ſimplici il
la credulitate diſcuſſa ueterator : et fabulas ueteres perpendit et
enigmatis reiectis ·philoſophiam detegens·proprio illam nudauit
ornatu · nudiſq; rationibus ē uſus · quę tn̄ haud aliter a prioribus
illis differrent·q̄ harmonię figuras. Nam opiniones deorū exordiū
ab antiquis ſumentes · a cunctis deinceps philoſophis receptę
ſunt. Cum poetas ac philoſophos dico ·memento me Epicurū ab
ratione tam poetica q̄ philoſophica ſecernere: cęteros omnes aut ſi
mile·aut idem habet negotiū : niſi forte putaueris Homerū ī deos
incidiſſe ſagittantes·diſſerentes ſacrificantesq; : aut alia omnia agē
tes: quę de Diis ipſe cecinit. Nam quantū ad Platonē attinet·haud
credere eum debemus· Ioui occurriſſe auriganti · & alato curru de
uecto: aut ab exercitu deorū ſtipato ī undecim acies diſtributo· or
natoq;: Aut qđ deſcentes ſuperos uiderit in Iouis ac Veneris nup
tiis: tunc cum Porus·ac Penia congreſſi · clam amorem genuerūt.
Non Pyri flegetontem·Acherontē·ac cocytum ſpectaſſe·Non flu
uios alios ſurſum·ac deorſum·aquā ignemq; uoluentes: non pręte
rea Clotho atq; Atropon·parcarumq; fuſos: uel etiam ſeptē·ac ua
rias reuolutiones uidiſſe. Sed & Syri poeſin cōſidera·ineaq; Iouē·
Hecatē Cupidinē·Ophioneſq; geniturā: Deoꝝ pugnā·arborē· pe
plū. Quid Heraclitus? Dei mortaleſ·Dei īmortales Enigmatū de
niq; ſūt oīa referta : tam quę poetę q̄ quę philoſophi enūtiant: quo
rū pudorē erga ueritatē laudandū cēſuerim magis· q̄ iunioꝝ hoꝝ
īpudentiā. Qđ enim humanę ībecillitatis captus māifeſte pcipe
re nō poteſt·eius ē fabula modeſtior īterpres. Quapropter ſi poſte
riores cōtendant·antiqoribus illis·ſe acutius uidiſſe: beatos eos tā
acuti ingenii iudico. Sin uero maioꝝ notitiā minime trāſgreſſi·eo
rū enigmata ī manifeſtas fabulas uerterunt: metuo nequis eos me
rito reprehendat·qđ ſecretas ratiōeſ prouulgarint. Nā quē obſecro
alium uſum ex fabula ſuſcipimus : niſi q꜑ cortex ipſius rationem in
cludit atq; exornat? Quod quidem Deorum ſtatuis contingit:
quas ideo aureis & argenteis peplis circundant ſacerdotes: quo or
namentorū reuerentia mortalium ſpem·atq; expectationē augeat.

neq; corium conſiderato:ſed utentis uirtutem ; dum ueritas in ſen
tentiis maneat:quid refert utrum ea a poetis fabulis / carminibus
q; dicatur? Enigmatis hęrebo:fabulas ſcrutabor : neq; me cantus
ab ratione ſeparabi:/uera dicat:q̃uis nuda oratione: facilitatem tra
ditionis libẽs excipiam/amboq; . At uerit ate ſublata / tã inpoeta/
q̃ ĩ philoſopho alienam a muſis feceris poeticen/orationemq; ſine
ueritatis ſubiecto meras fabulas feceris. Iccirco nulla fides erit aut
poeticę fabulę aut orationi philoſophi habenda. At qui & Epicu
rus ſermones componit/ ſed abſurdiores fabulis cunctis: Q uare
magis Homero crediderim de Ioue dicenti. Q ui animas duorum
fortium uirorum aurea in lance ponderaret. Alteram quidẽ Achil
lis/Alteram Hectoris:ſubleuans libram dextra intueor / uidelicet
fatum uirorum horum/conſentiens dextrę Iouis.

Cor quoniam noſtrum minime mutatur /eritq;
Q uod capite annuero ſine fraude ac fine carebit.

Nutum Iouis intelligo/quo uidelicet ſtat tellus/fluit/mare/aer dif
funditur:inaltum nititur ignis : circunfertur cęlum / creantur ani
mantia / arbores naſcuntur/ex nutu Iouis:actiones/uirtus fęlicita
teſq; hominum pendet. Agnoſco pręterea Mineruam eum aut aſ
ſiſtit Achilli / et ab iracundia retrahit . aut Vlyſſem in uniuerſis
periculis tutatur ; Apollinem itidem agnoſco : qui Deus & muſi
cus & ſagittarius exiſtit / cuius delector harmonia / ſagittationem
pertimeſco . Neptunus humum quatit tridenti. Mars cogit agmi
na : Vulcanus ęrariam exercet . Neq; uni tantum Achilli/fabrilis
uſus deſcribit ac cudit . Eadem & poetę & philoſophi dicunt : in
quibus mutatis tantum nominibus / et ſimilitudinem inuenias/
& narrationem agnoſcas . Dic Iouem eſſe antiquiſſimum / princi
pemq; mentem : quam uniuerſa ſequantur : cuiq; eadem obtem
perent ; Dic Mineruam prudentiam/Dic Apollinem Solem Nep
tunum uero ſpiritum / qui & terram & mare permeet : quo/
rum etiam contentionem concordiamq; gubernet . Si co nſidera
tionem ad alta uerteris / nihil non inuenias / quantum ad poe/
tas attinet nominibus : Q uantum uero ad philoſophos ratio
nibus refertum . Epicuri uero figmenta / cui non fabulę ſimilia
dixerimus? Nam quis erit adeo ſocors diſſolutuſq; poeta : idemq;

aliud innuit q̄ dementis hominis uotam, nihi: ſibi boni precantis? precantis quidem ut id acciperet: quod paulo poſt ſe accepiſſe peniteret. Satyri uero illaqueatiōem uincula ac merum: ſeccirco poſuit fabula, ut inde intelligere eſſet homines per fallaciam ac uim appetitionum ſuarum compotes effectos offerre diis pro acceptis beneficiis munera, a quibus tamen beneficii nihil acceperint. Alienū nāq; eſt ab ingenio Dei, quę non ſint bona largiri, at ea potius fortūę ſunt munera irrationalis ratione carentia. Vt ſunt interdum blanditię ebriorum. Lydius uero ille phrige inſanior. Non ne ipſe rogauit Apollinem pro euerſione Perſici regni? Deumq; ipſum ueluti dominum captatorem donorū auro multo tentauit? Quem cum audiret, continue reſpondentem. Cręſus Halyn ſuperans, magnā peruertet opum uim. libens oraculū accepit. Tranſmiſſoſq; haly. Lydorū imperiū euertit. Sed & apud Homerū gręci hominē audio.

Iuppiter aiacis dē ſortem uel Diomedis
Duitis aut etiam regis prodire Myceng.
Iuppiter uero huius perficit uotum
Exiliitq; uiri ſors: quem ſuperi uoluere

Priamū uero p patria orantē oues ac boues imolātē quottidie Iouī minime audit. Cū tñ Agamēnoni alienā terrā iuadēti, ānuerit.

Menibus euerſis troię ut remearet ad argos.

Sed & Apollo, non prius Chryſę ſacerdoti, pro acceptis iniuriis auxilium tulit q̄ aperte ei coxatum nidorem exprobaſſet. Tunc autem nouem continues dies in exercitum gręcorum ſagittas emiſit. Quę mulos canes & oues percuſſerunt. Quid hoc ē optime poetarū? Helluonē ais Deū qui muneribus capiatur? Et agregariis hominibus non differat? uis ne hoc carmen probari? Flexibiles etiā ſuperi ipſi: animi contra potius non flectitur Deus, & inexorabilis manet? Diſcedere enim a ſcientia ac penitere: ne probo quidē uirone dum Deo conueniens eſt. Si quidem mutabilis, ac penitens eſt uir, cum ex deteriori conſilium mutet in melius, iam ante ſibi conſultauerat praue. Sin uero ex optimo uertat in peius, praue procul dubio commutauit. At Deus nullam omnino prauitatem agnoſcat. Aut enim qui rogat dignus eſt quod petit accipere: aut omnino indignus: Si dignus eſt, tacendo accipiet: Non .n. qui ſit

gratia dignus propterea ꝙ omiſerit preces efficietur indignus ſicu-
ti nec qui erat indignus propterea ꝙ preces multas effuderit habe-
bitur dignus. Quin contra potius dignus precando abſtinens mi-
nime moleſtus cum ſit fiet etiam dignior. Indignus ob importunā
rogationis moleſtiam grauis indignior fiet. Et illum quidem uere-
cundum ſimul ac fiducia plenum dicemus: qui eo fiduciam ſuam
probatꝙ etiam tacendo uoti compotem futurū ſe credat. Verecun-
diam uero propterea ꝙ compos minime factus quietem nihilomi-
nus acturus uideatur. Huic autem inſcitiam ſimul ac prauitatem
imputabimus: qui propter inſcitiam ſuperos precetur: propter
prauitatem uero minime exoret. Fac Deum uicem imperatoris ge-
rere a quo calo quis locum petat armati: at pugnare idoneus mini-
me petat. Non ne illum pro militaris ordinis uſu impedimentis da-
re operam iubebit? Idoneum autem pugnare inter armatos loca-
bit: Et imperator quidem uel ignorare uel muneribus capi: uel etiā
decipi poteſt. Deus uero cum nihil eiuſmodi admittat: neq; precā-
tibus preter meritum dabit neq; petentibus: ſi ita poſtulant me-
rita non dabit. Nam quęcunq; mortales ſibi dari a diis petunt: di-
cet aliquis aut ex eorū genere ſunt: quę prouidentia reſpicit: aut ex
iis quę neceſſitati ſubiacent fati: aut quę miſcet fortuna: aut etiam
quę gubernantur ab arte. Et prouidentia quidem diuinū penitus
negotium eſt. Fatum uero neceſſitatis: Ars hominis: Fortuna autē
libertatis arbitrii. Vita etenim hominum quaſi materia quędā ī ho-
rum ſingulorū cōceſſit officinā. Quamobrē quę precamur a diis
aut prouidentia perficit Dei aut neceſſitas fati aut hominis ars aut
fortunę fluxus. Et ſi quidē prouidentia perficit: quid opus eſt pre-
ce? Nā ſi prouidet Deus aut uniuerſi prouidētiā habet: & negligit
partes regū ac principū more: q ſatis habētes pro ciuitatū ſalute le-
ges ac iudicia ordīaſſe ſingularū rerū cura minime tāgunt: aut etiā
reſpici partes: quid nā dicemus? Vis Deū gerere curā dūtaxat uni-
uerſi? qd igitur ei negotiū exhibes? quem preter ſalutē uniuerſi de
propoſito dimouere nō poſſis? Nā ſi humāi alicuius corporis mem-
bra accepta loquēdi facultate cū eorū aliqd tētaret a morbo q mor-
bus ꝓ uniuerſi corporis ſalute īciſionē exigeret membri: ſi cętera in-
quam membra artē rogarent: ut parceret membro: Non ne putas

Eſculapium ita reſponſurum eſſe rogantibus? Non ueſtra cauſa
o infęlicia membra perire uniuerſum corpus oportet: at potius
perditis uobis ſeruetur uniuerſum. Hoc idem fieri totius mundi ſa-
lus expoſcit. Tentantur Athenienſes fame: Quatiuntur terremo-
tu Lacedemonii: Alluitur Theſſalia, Ardet Aethna. Harū tu re-
rum interitum corruptionē uocas? Medicus uero qui cauſam no-
uit: partes contemnit rogantes totius ſalutem (cuius uniuerſi cura
tangatur) intendens. Verum quamuis partiū curā habeat Deus:
Neq; etiam ſic rogare ipſum oportet, niſi ęgrotos imitemur: qui ſu
ſenſu, uel cibum, uel medicamentum petant a medico: qui ſi ſa-
lutem promittat, daturus etiam non petentibus ſit: ſi periculoſum
petentibus omnino negaturus. Igitur quę ſecundum prouidentiā
fiunt, neq; petenda ſunt, neq; etiam optanda. Quid autem de iis
quę ſubiacent fato? non ne magis irrideatur oratio? quando ma-
ioris negotii ſit fatum, q̄ uel tyramnum uel regem exorare. Fatū
namq; tyrannicū eſt, nemini parēns, et īmutabile penitus. quod
ueluti frenum immiſſum armento: ipſum uiolentiſſime trahit, ac
parere iubenti cogit: Quaſi qdā Dionyſius Syracuſanos: Quaſi
Piſiſtratus Atheniēſes: quaſi Periander Corinthios, quaſi Thra-
ſybulus Mileſios: In populari enim adminiſtratiōe, lepor plurimū
poteſt: poteſt ſuadela, poteſt rogatio, poteſt obſequium, poſſunt
preces: poteſt ſupplicatio. In tyrānide autem impotens uis, non ſe-
cus ac in bello dominatur:

Serua me quęſo Atride pro munere digno.

Nos uero qualibus muneribus fatū capiemus: ut nos metipſos
ab eius neceſſitate, atq; a uinculis aſſerere poſſimus? Quo nam au-
ro, Quo uel obſequio? Quo nā ſacrificio: Quibusue precibus?
Cum nec Iuppiter ipſe liberationis modum inuenerit: ſed quera-
tur apud Homerum.

Hei mihi decrerunt dulcem Sarpedona natum,
Fata Menetiadę mortem debere Patroclo.
Sed & Thetis queritur.

Infęlix heu heu miſeriq; ego fęmina partus.
Huiuſmōdi profecto fatū exiſtit Atropos. ſ. Clotho ac Lacheſis im-
mutabile penitus, ac decreto quodam ſortitum hominum uitas:

Cur igitur/quis roget inexorabile fatū? Sed nec in his, in quibus
fortuna dominatur precationibus utendum: quin potius/ĩ his prę-
cipue rebus omittendę ſunt preces. Non enim cum dementi prin-
cipe habendus eſt ſermo: cuius nec conſilium/ nec iudicium/nec ſa-
piens motus Imperium gubernat: Sed potius iracundia/ uolun-
tas preceps/irrationales habitus/ſtolidi impetus/ ſuccedentes ſibi
inuicem cupiditates dominantur. Tale enim quiddam eſt fortuna/
irrationalis/uidelicet furioſa/ĩprouida/ſurda/nullis omnino diuina-
tiōibus obnoxia: Euripi inſtar fluens/omni/patens ĩpulſui/ guber-
natorię prorſus artis ĩpatiens. Cur igitur quiſq̃ tã ĩfirmã rem/tam
dementem/inęqualem ĩcōmunicabilem precibus uexet? Reliquū
eſt/ut poſt fortunam conſideremus artem. Quis erit igitur faber/
qui ut aratrum cōmodum efficiat/artis ipſe peritus ſuperos roget?
Quis textor pro decora clamyde/aliunde/ q̃ ab arte auxilium pe-
tat? aut pro clypeo faber ęrarius/ aut ꝑ fortitudine ſtrenuus/ aut
pro beata uita/uirtute prędītus? Quid igitur ſupereſt/pro quo ro-
gandi ſint Dii? quodq; extra uel prouidentiam/uel fatum/uel fortu-
nam/uel artem exiſtat. Pecuniam petis? noli Deos laceſſere/ nihil
enim boni petis. Non etiam fatum: nihil enim neceſſarium petis.
Sed nec fortunam obtundas: quę indigentibus minime ſubue-
nit. Nec pręterea artem/Audis.n. Menandrum dicentem.

Artes ſeneſcere haud uidebis/optime
Si non magiſtro ſeruiant lucriperę.

Num quid/non ita ſe habet? Probus es: mores inuerte: funde ſce-
leribus preces/ſtudioſus negotii eſto: ſicq; per lenocinium/ caupo-
nationem/rapinam/ueteramenta/periuriū/calumniã/ munerū cap-
tationem: diues euades. Victoriam petis? quam potes in bello ope-
ra mercēnariorū obtinere/ per ſycophantam in iudicio conſequi?
Mercaturam queris? At hanc uel nauis uel mare/uel impetus uen-
torum pręſtabunt/Pręſto adeſt forum/uenale penitus negotium.
Quid propter hanc cauſam ſuperos uexes? Honeſtatem abiura:
diuitię creſcent: Si Hipponicus ſis/uinces/ſi Cleon/ſi Melitus ſcer-
tamine ſuperior euades. Nam ſi ad precandos Deos acceſſeris/exac-
tum nimis ac ſeuerum iudicium petes: in quo Deorum nemo te
feret aut ea rogare quę minime expediat/optare/aut quę non

ſunt concedenda concedet. Diſquirit enim atq; examinat Deus ſingulorum preces moroſe, uotaq; hominum ad utilitatis dirigit normam, neq; aditũ prebet (ut ſit in iudiciis) cupiditatibus hominũ, miſerationem mouentium. Miſerere clamantium, inſperſum cinere caput, exprobantiumq; (etiam ſi opus fuerit) diis.

Iucunda in templo ſi quo tibi tempore feci:

Quibus reſpondet Deus. Si bona, bona boni cauſa petis, Cape. Quod ſi dignum te eẽ gloriaris, nihil opus ẽ precibus, nam & tacendo conſequeris. At forte Socratem dices ſupplicaturum Deę in Pirę um deſcendiſſe, alioſq; ad idem faciendum hortatum eſſe. Quid mirum? cum Socratis uita nihil aliud fuerit q̃ perpetua rogatio Deorum: Quos & Pythagoras & Plato precabantur: ac qſquis alius Deorũ amicus eſſet; Sed tu forte putas philoſophi preces eo ſpectare, ut a ſuperis petat bona: quibuſ carere ſe putet. Ego uero eas nihil aliud eſſe cenſeo, q̃ conſuetudinem cum Diis, ac colloquium quoddam de prę ſentibus bonis, teſtimoniumq; uirtutis. Putas ne Socratẽ aut diuitias, aut magiſtratus Athenienſiũ a Diiſ cõtendiſſe? Longe abeſt, ut id pateret Socrates. Adorabat quidem Socrates Deos, ſed a ſe ipſo uirtutẽ animi, tranquillitatẽ uiuẽdi, inreprehenſibilem uitam, & bonã ſpem mortis ãnuentibus ipſis, capiebat. Miranda nimirum dona, dignaq;, quę tribuantur a Diis, ſi quis petat a terra nauigationẽ fęlicẽ, ſi quis a mari fructuũ copiã, ſi quis aratrũ a textore, aut clamydẽ a fabro, Inanis omnino indonatus, ac repulſus abibit. O, Iuppiter, Minerua Apolloq; humanorũ morũ inſpectores, philoſophos uos oportet diſcipulos habere: q̃ ueſtrã artẽ ualidis animis ſuſcipientes, ſincęre pulchritudinis, ac beatitudinis colligant meſſem. At p raro eiuſmodi cultura excretę: ppea aut uix, aut ſero prouenit fructus in aliis interim atq; aliis apparens corporibus. Cũ tñ hominibuſ hoc, qd̃ tenue apparet, raro atq; exiguo uitę incentiuo opus ſit: ſicut & profunda nocte tenui opus eſt luce. Exigua eſt .n. humanę naturę pulchritudo, a qua tamen exigua ſeruari cupiũt cuncta. Si philoſophiã de uita ſuſtuleriſ, huius exiguę pulchritudiniſ fomitẽ pẽitus extĩxeriſ: Quę. ſ. ſpirat, quę uitalis ẽ, quęq; ſola uerã adorationẽ ĩtelligit. Veluti dempta e corporę aĩa; uitã omnino pdideris: dempto ſole de die, extĩxeris diẽ;

frua

SERMO

DE VOLVPTATE: Q VAE ET SI BONVM EST MINIME TAMEN EST FIRMVM XXXI

Iſficile eſt iuſta ſentẽtiam carminis uetuſti· Bonum eſſe.
d Q uęro utrum ea difficultas· aut ad equum·aut ad canẽ
pertineat pro ipſorum uirtute : an ſecus uterq; non mul-
tò ſane negotio·ad proprium perueniat bonum: quin potius facili-
tate ſumma conuenientem ſibi uirtutem conſequatur. Si quidem
equus rite exerceatur ab arte:caniſ uero tener adhuc·cõmode uena-
tioni aſſueſiat. Vnde potius intelligi detur · ſolum hominem eſſe·
qui nõ niſi ſummo labore atq; incertitudine bonum eiuſmodi; ue-
nari·ac capere poſſit:nullam pręterea artem apparere:per quam in-
ſtitui poſſit hoc genus. Id ſi non fuerit uerum· nulla profecto relin-
q̃tur occaſio ſophiſtiſ certãdi:ac docẽdi;neq; unq̃ accidet homini·ut
ſit deſtitutus a ſpe ꝓpoſiti finis aſſequẽdi: Nemo abiciet ſalutẽ:aut
ob infirmitatem rationum ambigua expectatione tabeſcet : Nemo
diſcendi curam deponet:nõ poſtremo patietur id malũ:qđ paratũ
eſſe ſolet his:qui uel egre ſuſtinent ſalum:uel tunc primum perten-
tant fretum : Q đ ſi eos mediocris fluctus exceperit · deſuetudine
exterriti deſerunt nauẽ:neglectoq; artis remedio·ſe ipſos fluctibuſ
dedunt·ante nauis interitũ iacentes. Idem facere uidentur· qui phi-
loſophiam ingreſſi·cum eius uarietati occurrerint:nequaq̃ ſuſtinẽt
animi ſalum:ſed potius abiciunt ſpem ad eam perueniendi rationẽ:
quę eos in ſtabilem ac tutum ſtatuat portum. An ignoras homi-
num opiniones·affectiones·emendationeſ· & harum cauſas·initia·
ac ſalutem:pro quibus cottidie philoſophi negotium gerũt· ac diſ-
ſerunt·rem neq; ſimplicem neq; anguſtam eſſe ? Neq; etiam recti-
fluos amnes imitantem:quibus ſi cymbam pẽrmiſeris:nullum pe-
riculũ ſit·quin eã ſecundus fluxus agnitis itineribus traducat: Sed
contra potius lati·ac profundi maris ſpetiem gerere : quod nautas
pluribus ĩplicet erroribus : q̃ ipſum ſiculum atq; ęgyptiacũ mare:
Arti tamen cognitum eſt iter:quę ſuſpiciens cęlum · portus agno-
ſcit. Verum ea id patitur interdum:quod gubernatores per multis
Nam cum ſinguluſ quiſq; ſcientiam nauticę deſideret·pleriq; tamẽ
recta ſcientia fraudantur: Itaq; minime portus aſſecuntur : uerum

alii cautes duras/alii cęnoſa littora incurrunt:aliqui ad Syrenas /ac Lotophagos:aut ad alios hominẽs/uel in hoſpitales/ob ſcel us/uel ob inſcitiam impios/uel uoluptate corruptos appelluntur: Q d ſi cubi bonus,minimeq; aberrans gubernator iuenitur:is recta ſubit tutiſſimum portum.

Vbi uincula naues/
Nulla tenent/unco non alligat ancora morſu.

Q uiſ igitur is eſt:cui ſalutem noſtram cõmittere poſſimuſ? Caue o bone/ne prius me de eo itrrroges:q̃ ceteros alios iſpexeris,expẽderis uc.In primis delicatum/ ac iucundum gubernatorem feſtiuiſſimę nauis, ut oculorum eſt captus / ſed tamen ad conficiendam nauigationem /penitus inutilis / contumacis .ſ. atq; incommodi identidem obſequii: trunca ac mutila gerentis arma / ad excipiendos ictus undarum inualidę cędentisq;. Q uando autẽ oratio noſtra neſcio quomodo maritimam imaginẽ deſumpſit:nequaq̃ hãc diſcedere ſinamus/donec integram abſoluerit picturã. Epicuri philoſophiam comparando/Aeetę regis pretorię naui: de qua tamen loquens(Haud fabulam narro) Nõ longe ab hoc tempore rex quidam earum gentium/quę ſupra Fęnicem incolunt / neq; mare nouerunt/neq; Iouẽ cogitant/uel Deos:ex Aegypto ſoluens nauigabat ad Troiam.Is ut erat/Deorũ & maris ignarus / pro futura nauigatione,latiſſimam nauem cõparauerat: quę uidelicet ſatis eſſet ad uniuerſas ſimul uoluptates deportandas: Eius.n:alia pars aſſurgebat in regiam: in qua conſpicui thalami lectis inſtratis / & geſtatiõeſ pulcherrimę uiſebantur.Egreſſis autem limẽ pomaria occurrebant/longe lateq; porrecta/malis cõſita punicis/piris uitibus/ pomiferisq; plãtariis: aliam uero nauis partem balnea cum gymnaſio occupabant: Erat pręterea hic quidem popinam cernere: illic cõcubinarum luſtra/illic cęnacula:Nullas pręterea deeſſe luxurioſę urbis/turpiſſimas officinas. Sed & eadem nauis iucundis coloribus/undiq; depicta gratiſſimum aſpectum pręferebat/aurum atq; argentum per multum oſtendabat: neq; inter eam ac pauidũ hominem/aureis armis ornatum/quicq̃ ferme intererat:Q uamobrẽ admirantes Aegiptii tam nauem/q̃ uectorẽ/Beatiſſimum ducebãt. Neq; deerat forte/qui cuperet ad tam feſtiuę nauis obſequium ad-

ſcribi. Vbi uero ſoluendi tempus aduenit· tam uaſta illa / atq; ſumptuoſa nauis mouens/ egreſſa eſt portum / effigiem gerens inſulę fluitantis: ſimulq; uulgares alię naues expeditęq;· & ad uſum nauigationis probe inſtructę / itidem ſoluerunt. Donec autem lęniſſimus uentus aſpirauit: regia illa nauis uoluptatibus huiuſmodi ſuperior erat. Itaq; nidore· tybiiſ fiſtuliſ· celeumatiſq; cōcentu· omnia opplerat. Vbi uero ex ſerenitate· repētina oborta tempeſtas aerem immutauit: uentuſq; ualidus / non ſine multo ſtrepitu incubuit: Tunc primum cognitum eſt, q̄tum inter uoluptatis atq; artis uſū intereſſet. Nam cęterę naues uela contrahentes/ fluctibus undaꝝ reſiſtebant· uentum perferebant· infortunium arte pellētes: Cum interea nauis illa infęlix circunquaq; fluctibus iactaretur / perinde ac uaſtum hominis corpus· cum uino ſomnoq; grauatū· prę ebrietate labantibus ueſtigiis/ incedit. Neq;. n. uel gubernator / uel delicata illa multitudo: quatenus artem exerceret ſatiſ ſciebant: Ac omneſ ſimul inopinato malo perterriti· lugentes iacebant: proſtrauerat tempeſtas omnia illa admiranda.

Vaſtas namq; trabes iecit radicibus imis.

Euerſa regia erat: thalamiq; cum ipſis balneis euerſi. huiuſq; urbis naufragia iam ad terram appulerant fluctus.

Hos piceam circa iactantes membra carinam/
Meta tulit nigris ſimiles cornicibus unda.

Hūc exitum habuit demens ille inſcenſor· inutilis nauis / importunuſq; luxus. Sed reuertamur ad eam orationem: cuius cauſa ſuperiorem imaginem depinximus: Hęc. n. diligēter inſpecta uidetur/ haud breuem quandam nauigationem: neq; paucorum dierū curſum elaborandū a nobis· demonſtrare uoluptates cunctas per uniuerſam uitam: haud longius maritimis illis a periculo diſtare. Nulla tamen ratio me ita inſtituet: ut putem uoluptatem ipſam bonū non eſſe: licebit ſane perſuadendi ſtudio· q̄tumlibet uires ſuas intēdat. Quod ſi mihi animum immutare non poſſit· facile patiar per omne tempus cum uoluptate uerſari / uel ipſius uirtutis minimā rationem habiturus: Hac tamen lege / ſi uoluptatem ſcilicet oſtenderit· periculi · ac doloris eſſe immunem: queq; nec ſubeunte penitētia crucietur/ & laudis pręconia mereatur. Verum nihilo plus/

opinor de uoluptate differens: q̃ de dolore ipſo, peruincet: Nihil enim penitus horum natura ſtatuit ad homies aut ſanum aut ſincerum peruenire: ſed ubiq; moleſta iucundis pmiſcens alterū cū altero cōfuditiuſq; adeo ut neceſſarium ſit eum qui alterum eligat: alterius ſtatim participem fieri: tamq̃ enim natura congenita ſint: alter ad alterum uergit: reciprocoſq; ortus mutuatur ac uiciſſim uitā permutant. Cur igitur huiuſmodi fluxus reciprocatio animū uerſet: quomodo unq̃ effici poſſit ut is indolentiā aſſequatur? qui cum prius in bonis uerſaretur ea ipſa paulo poſt amiſerit bona? Ego cur mari habeā fidem: quamuis uentus minime perflet ſed tranquillitas late dominetur? Nimirum ſuſpectam habeo eiuſmodi quietem. Viſ tranquillitati ut credam? Age mare ipſum oſtende nulli eſſe obnoxium periculo.

In quo non hyemis uiolentia: nec malus imber
Lucidus at ſemper micat atq; innubilus ęther.

Sorte enim quadam eiuſmodi affectioni addictus eſt animus: quę donec uel rectore caret uel arte ex trāquillitate tempeſtatem ueretur in tempeſtate tranquillitatem requirit. Viri eius uita: qui ad uoluptatem propenſum animum gerit doloremq; formidat leuis eſt & ſonos omnis quamuis tenues prohorreſcit infidus & omni incertior ſalo. Non uides Homericos procos: ut iuuenilibus occurrant uoluptatibus? pingues cibos ut edant? ut ſibi ipſis mollem luxuriam affatim indulgeant tybiis operam dantes: uinum miſcētes diſcis ſeſe oblectantes iaculū torquentes: Quis non huiuſmodi uiris uoluptatem inuideat? Verumtamen uir uates futuriq; optimus coniector hęc ait.

Ah miſeros: quorum caput ignorantia texit:
Ne damnum quod non ſentitis ſcire queatis.
Ante pedes infortunium iacet propinquumq; eſt

Id ipſum Alexandrū illum admirabilis uoluptatis ex Peloponeſo raptorē manebat. Confeſtim namq; extructa eſt gręcorū claſſis: quę huic tam cupido uoluptatis ſectatori infinitas erumnas: neq; ipſi dūtaxat ſed uniuerſiſ ciuibuſ ſuis deportaret. Taceo uoluptates Aſſyrias, q̃s oēſ uniuerſo cū auro pellicibuſq; ipiſ ignis ſtatim abſūpſit. Taceo itidē Polycratiſ Iōicaſ delitiaſ q̃ſ et nex Idecora dſtruxit:

R eferta Sybaris erat uoluptatum cunctarum: at neq; illis neq; utētibus ipſis interituſ pepercit: Syracuſani deniq; plurimi uoluptatē faciebant, uerum calamitatibus admoniti redierunt ad frugē: Corinthii nequaq̄ faciebant:

Q VOD VOLVPTAS ET SI BONVM NON TAMEN FIRMVM: XXXII

a Ggreſſus eſt proximus atq; odioſus ſermo huiuſmodi nos pſuaſiōe tentare: uoluptatū uidelicet uacuā periculo elegi oportere. Plane ſophiſticus ſermo, plane grauiſſimus deceptor: qui cū cōſiderare deberet, quē potius ordinē choꝛumq; uoluptatis natura, quatenus uoluptaſ eſt ſequi deberet: bonorū ne an potius malorum: quaſi iam cōſideratio euicerit: uoluptatem non ordine bonorū locandā eſſe: Subīde querebat a nobiſ, utrum eiuſmodi bònū quaſſari non poſſet: at quod nā bonū ītelligat, quis lubricū ac mobile. Q uēadmodū enim (ut opinio fert mea) qui a tota terra firmitudiem ac ſtabilitatē demere uelit: iſ etiā auferat eſſentiā terrę: et qui ſimiliter auferat a ſole motū, atq; ambitum circa terrā: auferat etiā ſubſtantiam ipſius. Ita quoq; qui de bono perfectionē atq; firmitudinē detrahere cōetur: propriā utiq; detrahat naturā. Etenim nullū omnino eſt tempus: qđ bonū ipm ad flórē perducat, quēadmodū corporis decorē. Iā uero quiſ ita uoluptatē conſiderat, ut cū eā coniunxerit cū bono: nihilominus ipſi firmitudinē deroget? Si enim neceſſe ē, ut id qđ ē bonū, ſtabile ēēt ſit: utiq; ſi ſtabilitas a uoluptate diſcedat: bonū quoq; pariter diſcedet. Vter igitur hoꝝ ſermonū ad perſuaſionē magis accedit? Is ne qui uoluptatē cōtendit bonū cēſeri oportere, quāuis idē infirmū? An potiuſ ille, qui dicit, qđ firmitudine caret: id bonū nequaq̄ habēdū ēē? Equidē opinor cum ueriuſ loq̄: qui a uirtute abdicāſ bonū, huic tm̄ bono firmitudinē cōcedit: q̄ ille qui uoluptatē inter bona cōnumerans: munitā tm̄ eā cōtra picula nō ſatis arbitratur. Q uādo igitur bonū nō omnino iucundū: ſed tm̄ undiq; ē firmū: et qđ iucundū ē: non omnino ē bonū, ſed penitus infirmū: ſeq̄tur alterū duoꝝ: ut uel qui uoluptatē ſectantur, bonū contemnant: uel q bonum ſequuntur uoluptatem aſpernentur. At ego ita opinor, nihil prorſus eſſe quod ſectatores ſuitet, pręterq̄ bonū. Q uāq̄ ſępius

accidit, ut ſpeties boni: quamuis a bonitate remota, loco tamen
ueri boni capiat multos: iuxta ac nũmulariis accidit: qui interdum
adulterĩũm nũmum reponunt: non propterea, quod talẽ ſeligere
expediat, ſed quod ueri ſpetiem gerens, diſſimulatã prorſus habeat
naturam adulterini. Verum quemadmodũ qui probandorũ num-
morũ ſcientiam habent: utiq; ſciũt ex arte falſos diſcernere a ueris:
Ita etiam in bonorũ diſtributione, quędã ratio cõſiſtit: quę ſciat
a ueris bona ea ſegregare: quę quidem bonorũ ſpetiem gerẽtia, bo
na tamen nequaq̃ exiſtunt. Sed fortaſſe fallemur, perĩde ac numu-
larii illi inepti, dum pro ueris ac probatis, adulterinos theſauros aſ-
ſeruant. Id ne contingat: quam deniq; conſiderationem, aut quem
probandi modum capiemus? Age ſi quis bouẽ ſoluens ab aratro,
aut equum a curru: alterius quidẽ negotiũ transferre ad alterum
cõetur, atq; adeo bouem admoueat currui, aut equum aratro. Dic.
Non ne is ſimul naturę pręuaricator exiſtat? ſimul iniuriam hiſcę
animalibus faciat? artem ignoret? compendium nullũ referat? In
ad miniſtrãdis deniq; huiuſmodi ſtudiis, ridiculũ ſe exhibeat: Age
uero, non ne etiam abſurdior erit, qui aues inciſis alis, uelit greſſi-
biles facere: hominem uero coaptatis alis: aeri, tamq̃ auem de-
ferendum cõmittat? Quando ne fabula quidem Dadalũ ferre po-
tuerit, tam abſurdis artibus operã dare: at eius filium ex ęthere ad
terram una cum ipſis alis pręcipitem egerit: Fertur Carthaginen-
ſis adoleſcens, catulũ leonis paulo ante ab uberibus matris depul-
ſum, uenatione cępiſſe: huncq; haud legitima educatione cicurem
feciſſe: extinguens uidelicet bellue furorem, degeneri quadã cõſue-
tudĩe uiuẽdi, uſq; adeo, ut ſarcinis ĩpoſitis aſelli mõ, p urbẽ ageret:
At ipm Carthaginẽſes necauerũt: legẽ uidelicet ĩdignãteſ ab eo uio-
lari: q fortũa priuatus, tyrãnũ tñ ſe faceret naturę. Queadmodũ
igitur genus equorũ ad ſui ipſius cõſeruationẽ, ſortitũ eſt currendi
pernicitatẽ: Boum generi labores dati ſunt, Alę auibus, Leonibus
uires, aliiſq; aliud aĩalibus: Ita etiã hominũ generi peculiarẽ natu-
ra potentiã indulſit: qua ſe ipſum tueretur. Hãc oportet aliã eſſe
ab aĩalibus ſingulis: homo ſi quidẽ ſaluti proprię cõſulturus, neq;
uiribus cõſiderẽ poteſt, quemadmodũ leões, neq; rurſus uelocitati,
queadmodũ equus: neq; honeri ferẽdo, ut aſini: neq; arationibus,

ut boueſ:neq; uolatui-ut aues:neq; natationibus ut piſces. Verũ & is proprietatem quãdam accepit: qua uitam ſuã a ceteris diſtinguat: quando animalibus cunctis-ſingulę diſtributę ſunt potẽtię. uidelicet ſingulis pro neceſſario uitę uſu. Quãobrem ſingulorũ functiones-proprias potentias ſequuntur: inſtrumenta uero ipſas functiones-ac bona. Ad ſũmam ſingulorum animalium bonum-in natiuis operibus conſiſtit: Opera autẽ in neceſſario uſu: Vſuſ in facilitate potentię exercendę. Potentia ĩ aptitudine: inſtrumentorũ. Inſtrumenta in uarietate naturę. Etenim natura uarietate delectatur: quare animalia ſingula diuerſis penitus armis-ad tuendã ſalutem-& munit & exornat. Non nulla.ſ.ualidis unguibus: aliqua dentibus robuſtis-cornibus acutis: pernicitate pedũ: ardore deniq; irę ac ueneno. Homĩem uero cum huiuſmodi ſpoliauerit teliſ-edidit nudum: edidit glabrum: edidit imbellem: tardipedẽ-ſine facultate aliqua uolandi: ad nationem admodum ineptum. At huic latẽtem indidit fomitem ad ſalutem conſeruandam: quẽ homines-mẽtẽ appellarunt-In qua perpetua-ac ſalutariſ potentia conſiſtit. Hęc uero ipſa uitę egeſtatibus ſoccurrit: corporibus in ĩdigentiis ſubuenit. Artificioſe demum peculatia ceterorum animalium munera compenſat: ſitq; omnium pricepſ-ac ductor: nõ alio ſane pręſidio: q̃ huius mentis ratione-ac lege. Si me roges quid de homine ſentiam-quomodoq; ad eius bonum ducenda ſit conſideratio-Reſpondeo id, quod uel de leone-uel de auibus-uel de ceteris animalibus reſpondi. Quęre ibi hominis bonũ: ubi uidelicet uideris negotium hominis uerſari. At ubi negotiũ uerſatur? Nempe illic ubi eius & inſtrumentum. At inſtrumentũ ubi? Nimirum ubi ſtimulus apparet: hinc initium cape. Quid ẽ id quod hominem ſeruat? Voluptas ĩq̃. Cõmunẽ rẽ loqueris-& quę ad uniuerſas naturas ſe ferat? Itaq; ceteris aĩalibus anteferri hoĩem ĩ honore nõ dederim: quãdo nõ ad hũc ſolũ: ſed & ad bouẽ-ad aſinum-ad ſuẽ-ad ſimiã ptĩeat uoluptas. Quo tãdẽ ſtatuis hoĩum genus? quos huic bonorum cõſortes aſſignas? ſi uoluptas ſalutarem potentiam gerit: Quęre deinceps quã ſit uoluptatis ĩſtrumentũ. Opinor multis-ac diuerſis occurres: uerũ nõ ultra oculos-atq; aures inſtrumentis habendus eſt honoſ Quod ſi terminus hoſce tranſgreſſus-alias

uoluptatis uias ingrediaris : uide cuiuſmodi inſtrumẽtis ſalutem referas acceptam: Tenes inſtrumenta? functiones eorum expende. Eluatur lingua : Tabeſcant oculi· Diſſoluatur auditus : Infarciatur uenter : Cetera uero pro petulantia ingenita cõtumeliã exerceant: Habes itaq; inſtrumentorum functionem ,bono(quod ante quęrebas)occurriſti: A in uero id ſalutem? id fęlicitatẽ hominiſ uocas?

❡ QVOD VOLVPTAS BONVM SIT· AT INFIRMVM: XXXIII

e SOPVS phryx ex ferarũ perſonis cõpoſuit ſermones: mutuamq; earum inter ſe conſuetudinem effinxit : arborum pręterea ac piſcium diuerſorum quidem generum· cum generibus diuerſis: atq; eorum quidẽ cum hominibus colloquia induxit : quorum ſingulis admixta eſt ſententia breuis: quę ueritatem aliquã ſignificet. In his fabulã narrat huiuſmodi. Ceruũ Fabula Esopi
perſequitur leo: is fugiens ſeſe ex oculis leonis ſubducẽs· in profundum coniicit nemus. Leo uero quantũ uiribus pręſtaret· tantundẽ uelocitate ſuperatur: Quamobrem accedens ad nemus· paſtorem interrogat· Num latitantem uiderit ceruũ? Paſtor uidiſſe ſe negat· ac nihilominus interloquendũ· protenſa manu latibulũ oſtendit: Leo itaq; ceruũ ſuadit: At uulpes(ea enim ſemper apud Eſopum callida inducitur)paſtorem his uerbiſ alloquitur • Vt tu pauidus ſimul atq; impròbus es :pauidus quidẽ aduerſus Leones: ĩprobus aduerſus ceruos. Phrygio eiuſmodi enygmate· ſi uiuat· uteretur Epicurus aduerſus eum: qui uoluptatem accuſat· uerbo tenus uirum ſeſe oſtendens : cum tamen mentẽ· perinde ac paſtor manũ· ad uoluptatem intendat. Enim uero· quis ita diſcors ſit· ut qd excunctis rebus ſuapte natura deſideria hominũ· maxime allicit: ſponte aſpernetur? Alia nãq; quęcunq; homines petunt· aut pp experientiã cognita· recepta ſunt: aut arte probata ĩ honore habita ſunt: aut ratione diſcuſſa fidẽ acceperũt· aut tẽpore examinata adamãtur· ac placent. Voluptas uero rationis minime indiga· antiquior arte experientiã pręuenit: neq; tempus aliquod expectat: Verũ maxima ac naturalis quędã amicitia: quę eã cũ ęquęuis corporibus cõiunxit: ueluti fundamentum quoddã aĩalis ſubicitur ſaluti: qua ſublata· qdcũq;

uidelicet boni:quod uniuerſam ſenſibilem naturam cuſtodit. Veꝝ
quãdo uirtutis uoluptatem comparatio propoſita eſt:minime pro-
fecto committam:ut conuitio uirtus offendatur : haud enim ama-
rum,maledicumq; eſſe decet ſermonem eum : qui de uoluptate ha-
beatur. Hoc tantum dixerim:quiſqſ iucunditatem deroget uirtuti:
eundem huic ipſi pariter uires pręcidere uirtuti. Nil enim ĩ uniuer- ũa uoluptas ex uirtute
ſo genere bonorum,non hominum ſtudia repellat : quod uolup-
tate uacuum ſit : quando & qui ſecundum uirtutem libens it ob-
uiam laboribus:uoluptatis id faciat cauſa,ſiue ea pręſentem ſe pręe-
beat:ſiue pręmittat ſpem . Vt enim nemo congerendę pecunię ſtu-
dio,drachmam ſpõte cum talento permutet,aut aurum cum aere:
niſi cui mentem eripuerit Iuppiter . Sed oportet permutationes ip-
ſas,ſi quidem ſint ęquilibres, permutatori ipſi non eſſe ĩutiles,pro
uſu tamẽ eiusqui rem capit accommodatas:Ita etiam nemo eorũ,
qui laboribuſ congreditur,laborum deſiderio laborat:quando qui-
dẽ hęc faciens,miſerabili amore teneretur: Sed pręſentes labores,
(ut rudiores quidã opinantur)mutat cum honeſtate. Vt autem il-
li ſentiunt,qui uerius iudicant,cum uoluptate commutat : Cum ſi
dixeris pulchrum,uoluptatem pariter dixeris : quando fruſtra pul-
chrum exiſtat : quod iucunditatis eſt carens:Ego uero putauerim
his rationibus contrarium omnino demonſtrari:uoluptatem uide-
licet eſſe ex cunctis rebus maxime ſequendam : cuius cauſa quis li-
bens oppetat mortem,uulnera,labores,ſexcentaq; alia odioſa ſuſci-
piat : Quarum rerum quantumuis aliud ſuper aliud cauſę nomẽ
aſſignes : ut in Achille libenter mortem oppetente,atq; ulciſcente
necem Patrocli Amicitiam. In Agamẽnone uigilante , cogitante,
ac bellum gerente,regiam curam . In Hectore exercitum ducente,
pugnante,ac uictore,patrię ſalutem : Quid autem,non ne uniuer-
ſa hęc omnia dicis nomina uoluptatis ? Nam quemadmodum in
corporis morbis accidit:ut ꝗ laborãt ĩterdũ ĩciſionibus, uſtiõibuſ,
ſiti,ĩedię,aliiſq; naturę ĩfeſtis,ſeſe offerat libens:quibus ſcilicet ma-
lis ſanitatis redimit ſpẽ. Et ſi ſpẽ futuri abſtuleris bõi,abſtuleris pa-
riter electionem pręſentium malorum. Ita etiam in negotiis huma-
nis uoluptatum ſit cum laboribus compenſatio: quam tu quidem
uirtutem appellas , egoq; uirtutem eſſe concedo. Verumtamen te

aures, corpora, atq; ſermones. Sed & Diogenem illum, quid aliud q̃ uoluptas coniecit in dolium? et ſi eum pariter impulit & uirtus, cur uoluptatem de ratione deturbas? Haud minus iucũde Diogenes uſus eſt dolio, q̃ Xerxes Babylõe: haud minus ſicco pane, q̃ cõdito iure Smẽdjrides: Haud minus fontibus undecunq; ſcaturientibus, q̃ uno Coaſpe Cambyſes: Haud minus etiam ſole, q̃ purpureis amictibus Sardanapalus: Haud minus libenter baculum geſtauit, q̃ haſtam Alexander, Haud preterea minus mactram dilexit, q̃ teſauros Crœſus. Quod ſi uoluptates cũ uoluptatibus compares, ſuperiorem in his longe Diogenem inuenias: quandoquidem uoluptates illorum, & ſi iucunditatem haberent, nũq̃ tamen fuerunt a dolore ſeparatę. Angitur itaq; Xerxes ſuperatus ĩ pugna: Luget Cambyſes uulneratus: Flet Sardanapalus exuſtus. Lachrimatur Crœſus captus in pugna. Dolet Alexander bellare prohibitus. At ſunt uoluptates Diogenis, luctus omnino, gemitus, lachrimarum, ac doloris expertes. Tu qui uoluptates Diogenis, labores appellas: eum ex improbitate ingenii tui metiris: qui rebuſ iis, ex quibus Diogenes uoluptatem ſentiret, acciperes dolorem. Auſim ego hoc affirmare: Neminem tam exacte uoluptatem adamaſſe q̃ Diogenem: qui neq; familiam pauit. Odioſum eſt enim familiam regere: Ciuilem adminiſtrationem minime attigit: anxium nimirum negotium: Haud expertus eſt nuptias: qui de Xantippe audiſſet, liberis educandis haud operam dedit: in quibus grauia multa perſpexiſſet: Verum moleſtiis omnibus pulſis, liber curis, metu doloreq; ſolutus, uniuerſam terram paſcebatur, perinde atq; ea uni ſibi, uelut una attributa fuiſſet domus, patentibus incuſtoditis atq; affluentibus hęrens uoluptatibus. Diogenem mittamus, ac potius ſermones uertamus ad legis latores, politiasq; ipſas expendamus: dũ tamen minime reris me ad ſybarim iturum: aut molliſſimos ſyracuſanos uelle recenſere: Non uoluptarios Corynthios, non diuites Chios: non Leſbios optimi uini poſſeſſores: non Mileſios pretioſsis ueſtibus utentes: ad principes ipſos accedo Athenienſes, ac Lacedemonios expendo. Et in lacedemoniis quidem uerbera, plagas q; diuinas uenationes, curſus, tenues cęnas, gramineos toros conſiderans, earum rerum delectationem agnoſco. Euge Lycurge, ita

paruis laboribus·uoluptates magnaſ opponis? ac minima dans recipis magna? pro diurnis ſcilicet laboribus, perpetuas uoluptates accipere? Q uas nã Spartiacas uoluptates narrabis? ſine menibuſ urbẽ liberã metu·ab igne ĩtactã·hoſtileſ uultus·peregríos clypeoſ nunq̃ intuitã: quę nec luctũ·nec mías audierit. Q uid enim homines peiuſ exagitet q̃ metus? q̃d ſeruitute moleſtius? Q uid neceſſitate duriuſ? a qua (ſi ciuitateſ tentari non ſinas) uni quidẽ rei p multas uoluptates opponas. Huiuſce uoluptatis Leonidas alumnus fuit·Eiuſdem Othriades·Callicratides: qui quidem neci obuiã euntes·honeſte obierunt·Q uales uoluptates ſequentes? utiq; ceduntur membra·ut uniuerſum corpus ad ſanitatem deducatur. Spartę membrum Leonidaſ fuit: qui pro uniuerſa occubuit Spartha: Membrum itidem & Othriades·& Cllicrarides. Itaq; inciſione minimi membri patrię uoluptates ſeruatę ſunt. Nã q̃d oportet Athenienſium facta memorare? quorum ciuitas omnis celebritatum·& hilaritudinum referta eſſet. Nulla. n. pars ãni uoluptatis ullius forte carebat. Ver quidem Dionyſia myſteria: Autũnus alius deniq; Deus tempeſtatẽ aliam habuit Panathenęa·Scirrophoria·Aloa·Apaturia·Et Athenienſes quidem claſſe decertabant·domi uero feſta celebrabant. Terreſtrem ineunt pugnam·feſta ducunt in inſula: Sed neq; bellum ipſum·quod quidem triſtiſſimum eſt·uoluptate uacuũ fuit. In huiuſ nãq; uſum thyrrenicã tubã·triremicã tibiã·cantũq; ad pugnam incitãtem excogitarunt. Affluentiam ne agnoſcis uoluptatum?

Q VIS SIT PHILOSOPHIAE FINIS ·XXXIIII

m A G H I negotii eſt ad rationem uerã peruenire: Q uo enim maior ĩgenii uis eſt·eo maiorem humanis animis·Iudicandi parit anguſtiam. Q uamobrem cum cęteris artibus contingat: ut ad inueſtigationem precedentes inuentionẽ cottidie exacuant: qua ſingulę peritius propoſitum opus attingũt. Sola philoſophia huic periculo ſubicitur·ut quo uberior ẽ: eo magis aduerſas atq; ęquilibres effundat rationes. Similis in hoc agricolono: qui cum maiorẽ inſtrumenti ruſtici copiã poſſideat: agello

tamẽ inſtructuoſiore utatur. Sane ciuilia iudicia & ſuffragia/ & iudi-
cum conſeſſus/ & oratoris ingenium dirigunt. Nos uero qualem
ſortiemur ĩ pręſentia iudicem? quoue ſuffragio diiudicamus uerũ?
Num rationem dicis? At nullã inuenias: quę aduerſaria careat. An
magis affectiones? Hui q̃ inſidum iudicem narras. Multitudinem
ne? Q uaſi mortaliũ pars maior non caliget ĩſcitia. Q uid igitur?
Num ad opinionem iudiciũ hoc deferes? At huius quoq; pars ma
ior deterioribus capitur. Q ua propter cum in pręſenti conſidera-
tione inter uirtutem ac uoluptatem certamen propoſitum ſit: uo-
luptas ui ſua uirtutem expellet: Cum apud opinionem maiorem
auctoritatem obtineat/ ac multitudinis teſtimonio/ meliori utatur
cauſa: in affectionibus poſtremo dominetur. Supereſt ut nullum
aliud uirtuti: pręterq̃ ad ratiõem perfugiũ pateat: Hęc quoq; haud
integra eſt: ſed ſcinditur in partes: quarũ aliqua patrociniũ ſuſcepit
uoluptatis: de qua pulcherrime neſcio quis diſſerens: uirtutem de-
primere uidetur: principatumq; a uirorum ſenatu/ ad conclaue mu-
lierum tranſferre: ſed & habitum philoſophi ſumit/ et nomen ad
ſe putat pertinere. Aufer obſecro mi homo/ philoſophi nomen ra-
tionemq;. An non animaduertis diſputationis totius te fundamen-
ta peruertere? Q uid.n. philoſophię cum uoluptate cõmune? qua-
rũ alterius ſectator Philodonus/ ideſt uoluptatis amator/ Alter phi-
loſophus uocatur. Nec minus alter ab altero re: q̃ nomĩe diſcrepat
& genere/ ut Lacedemonium ab attico/ ut Barbarum a gręco. Vbi
enim te prius Spartiatẽ/ Gręcum Doricũ/ & Heraclidẽ profeſſus
Medicã dein cęperis tiaram/ barbaricam menſam: & perſicã army-
maxam admirari: ſtatim perſiciſſas/ ſtatim & barbariſſas. Pauſaniã
perdis: Medus efficeris: Mardonius es: quare & nomini ſimul/ &
generi repudium te mittere opportet. Nam multitudĩem laudare
uoluptatem facile patior: cuius animi ſint ſordidi/ & ab ipſa ratione
penitus deuii. Q uin potius huius affectiões miſericorditer ſpecto/
& ignorantię ueniam concedo. Epicurum autem philoſophum ſe
facere/ aut philoſophiam ipſam laſciuire/ quomodo ferã? Nã neq;
q; Imperatorem: qui paratum deſerat exercitum: & ſe fugę prębeat
Ducem: neq; colonum qui ſegetem incendat: neq; gubernatorem
qui mare reformidet/ ferre poſſim. Nauigare te oportet/ exercitumq;

ducere oportet:colere agrum oportet / quibus negotiis impartien-
dus eſt labor : At nullum pulchrum atq; honeſtum laboribus ca-
caret : Q uod quidem ſi dixeris trahere ſecum uoluptatem/concedo
do.Ita tamen ut uelim pulchrum ipſum ante ire uoluptati.

Id princeps unicus eſto.
Cui dederit genitus Saturno ſceptra ſagaci.

Si uero ordinem commutarẽ uolueriſ/uoluptatemq; duciſ·rationẽ
autem ſatellitis locum obtinere/ Non ne cognoſcis,q̃ grauem aio/
q̃q; inexorabilem tyrannum imponas? Cui ſeruire neceſſe eſt·im-
puram nimirum ſeruitutem,ac uariarum cupiditatũ obſequio ab-
dictam:ut q̃ libet turpe / atq; inuiſtũ eius imperium detrectare nõ
poſſit.Q uo.n.uolptas licentia adiuta,ſibi terminum ſtatuat?Nam
uero ſatiſ conſtat hunc tyrãnũ profundiſſimã appetitionũ igluuiẽ
habere/pręſentia cõtemnere:ea tãtũ appetere:quorũ ſit copia angu-
ſtior.Eſt.n.ꝑpter affluentiã elatus:propter ſpẽ leuiſſimuſ·propter
facultatẽ cõtumelioſus·Hic inq̃ tyrãnus turpia cum honeſtis cõ-
miſit· Iniuſtitiã aduerſus iuſtitiã,Intẽperãtiã aduerſusmodeſtiam
armauit.Cum tamẽ minimo negotio corporum neceſſarius uſus/
ſuis cupiditatibus ſedãdis·modum inueniat. Sitit quis·ubiq; ſunt
fontes.Eſurit quis,pręſto eſt fagus.Sol quem cernimus·plus ipſiſ
clamydibus tepeſacit:Num prata uarietate colorum ſpectacula cũ
cta non ſuperant ? Num flores naturalem odoris ſuauitatem non
emittunt? Hactenus uoluptati·conſtituti ſunt fines : hiq; neceſſa-
rio naturę uſu,duntaxat terminantur. Q uibus ſi tranſgreſſis ulte-
rius irruperis : uoluptatibus in immenſum uſq; excurſum ademe-
ris frenum:uirtuteſq; penitus a uoluptate diſiunxeris: Et hoc eſt/
quod ſatietatis perimit modum : & tyrãnides parit.Inde eſt / ut ꝑ-
ſarum Regi·neq; locus Paſargadę / neq; Cyri ſufficiat Naſturciũ:
At neceſſe eſt uniuerſas Aſię partes in unius uiri uoluptates alen-
das ſimbolam cõferre. Q uamobrem Mędia Nyſeũ nutrit equũ/
Ionia mittit pellices gręcas:Babylonia barbaros eunuchos : Egip-
tus uarias artes:Ebur India. Arabes odoramenta : Ipſi deniq; am-
nes regiis uoluptatibus deſeruiunt : Vt Pactolus aurum mitten-
do:Vt frumentum Nilus:Vt Choaſpẽs aquam:Atq; utinam tam

affluens largitio·deſiderium compeſcat. Nam non uides·ut peregrinam concupiſcat uoluptatem? propterea Europam inuadat·Euertat peonas: Eretriam capiat: Marathonem adnauiget. Vndequaq; demum errabundus incedat. O pauperatiſ miſerrimum hominem. Nam quid obſecro continua hominum cupiditate egentius? Vbi enim ſemel animuſ ſupraq̃ neceſſariuſ exigit uſus uoluptatibus indulxerit: priorem continuo faſtidit: nouarum cupiditate detinetur. Et hoc eſt quod Tantali ſignificat ęnigma·continuam uidelicet uoluptarii ſitim: ut cum obleƈtatiōum interdum latices affluant·recedant interdum·propterea cupiditatum refluxus excitetur: Quibus tamen cupiditatibus infeſtiſſimus dolor: metus·ac perturbatio permixta ſint. Nam quidnam homines timere peius ſolent: q̃ ne pręſens uoluptas elabatur? Quoue etiam uehementius angi: q̃ ne abſens propius non accedat? Qua propter neceſſe plane eſt·uoluptati operam dantem moeroris nunq̃: iucunditatis ſemper ſenſum intermittere. Icirco eũ confuſiſſime uiuere·ac multa ambiguitate oppreſſum eſſe. Cernis modo·quem, aut qualem tyrannum ſtatueris animo? qualis ſcilicet ſit Athenienſibus Critias·Solone eieƈto: aut Lacedemoniis Pauſanias, amoto lycurgo: Ego. n. qui libertatem concupiſco, opus habeo legibus·rationis indigeo: Hęc mihi reƈtam·fidam, tutam·ſufficientemq; fęlicitatem pręſtabit: non autem humilem uel ſeruilibus artibus refertam: quibus auƈtus, ſi fuero·hoc emolumentum lucror: ſcilicet ut Homerici illius exemplo·cruſtula petam oſtiatim: pelles & ollas conſequar: Abſurdiora pręterea: ut prandium a Mitheco: uinum a Sarambo: Meretriculam a Cono: Cãtilenã a Mileſio accipiã. Eequis cupiditatibus hiſce modus accedat? Quis erit, obſecro, uoluptarię felicitatis terminus? Quonam loco conſiſtemus? Quiſue huius uiƈtorię premiũ feret? Quis tam beatus uigilans·atq; īduſtrius ſit: quem neq; noƈtu·neq; interdiu punƈtum temporis ullum·uoluptaſ ulla remittat? Sed ei in omnes animus partes extendat ſenſus: Vt ſicut Polypus marinus·crinibus ſparſis haurit alimentum: Ita hic ſenſibus ſimul omnibus uoluptates·ſimul omnes affatim eliciat. Fingamus imaginem (ſi placet) uirum uoluptaria

hanc hominis uocalem, Deoqꝫ gratã contemnes, ad exaturandum abiectum illud animal : petulans, uorax ac uoluptatibus inhians (corpus intelligo) ſe conferat: cui nam prȩclaram hanc educationẽ aſſimilare poſſimus? Fabulȩ (me Hercle) huic: In Pelio poetȩ aiũt fuiſſe olim Theſſalicum genus: corporibus nimirũ formatis abſurde: Quorum. ſ. umbilicus ſubter haberet ſpeciem equinam: hanc uero propter compoſitionis irrationalitatẽ, ferino ritu ali neceſſarium fuiſſe. Ideo tametſi hominũ more, & loqueretur & cerneret: brutam nihilominus naturam paſtu, atqꝫ inceſſu fatebatur. More enim hominũ uidebant: concubebant, ut belluȩ. Euge poetȩ, poetarũqꝫ filii, patres antiquȩ, ac nobiliſſimȩ muſȩ, ꝗ manifeſte nobis innuiſtis uoluptatum uinculum eſſe? Quotiens enim contingit ferinas partes tyrannidẽ capere, cupiditateſqꝫ incenſas nobilitatẽ animi cõſtrictam detinere, propter turpitudinum obſequia: homo in belluã uertitur. Hȩc ſunt Centaurorum fictiones, Hoc Gorgones, Chimerȩ, Geriones, Cȩcrops, ſibi uolunt. Aufer appetitiones uentris, belluam ab homine detraxeris: Aufer pudendorum libidinem: mutilaueris brutũ. Donec enim nobiſcum eiuſmodi hȩc coniunxerint, ac nutriantur: aut quotiens qs ad huiuſmodi ſcelera propenſus ſit: neceſſe omnino eſt, cupiditates imperium arripere : animumqꝫ earum uoces perſonare.

QVOD EX LABORIBVS ET INFORTVNIIS, EST VTILITATEM ACCIPERE. XXXV

g RAVE profecto eſt Deos, inter bonum ac malum, commertium omne ſubſtuliſſe: ſtatuẽtes alterum cum altero nequaꝗ miſceri, eorumqꝫ naturas ſeparãtes: perinde ac diem a nocte, tenebras a luce: ignem ab aqua : Quorum ſingula ſi ad complexum contrarii ducens: uelis eorũ differentiam ſimul conflare: ex eaqꝫ cõmunẽ quandã cõſtruere naturã: utriuſqꝫ ꝓprietatẽ deſtruxeris. Homines autẽ ipſos, qui ſponte beatam uitã ſectantur, ultro huic ipſi beatȩ uitȩ malũ admiſcere? Quod ſi quiſ Deorum his hominibus annuerit, ut uiuant interdiu in clariſſima

Altera malorum plena eſt, quę bonum nullum habeant admixtũ: Altera ex utriſq; eſt temperata: Tertium namq; uas, ſi quo mera bona poſita ſint: minime in ueſtibulo Iouis inuenitur. Ipſe autem Iuppiter ex altero hauriens (ſi crediderit Homero) miſcet homium generi ſincerorum malorum liquorem perualidum, uiolentum, plenum. ſ. diſſenſionibus, furiis, tumultu, metu, ſcexcẽtiſq; aliis arduis ac ſolidis malis. Ex altero (ut idẽ dixerit Homerus) laticem depromit ex bonis ac maliſ temperatum. At ego mixturam intueor: fidẽ q; habeo ſermoni: ſed tamen libet melioribus uerbis, Iouis deſtributionem eiuſmodi enarrare: Quę ita ſe habet. Virtuſ atq; improbitas animi fontes exiſtunt Iouis doliorum: Quarum quidem improbitas uberem ac pręcipitem uim euomẽs aquę: uitam confundit ac perturbat, haud ſecus q̃ impetus torrentis hiberni ſata plantationesq; euertere ſolet: odioſus agricolis, paſtoribus ĩſenſus, uiatoribus aduerſus, Infructuoſus, ſterilis, futilis damnoſus. Viciſſim uero uirtutis fonteſ cuiuſcunq; animum irrigent: huic perpetuam uitam fructuoſam, cultam, conſumatãq; efficiũt. Verũ ſudare agricola oportet, laborare oportet: duriter uiuere oportet: haud enim Egyptius in uno tantum Nilo ſpem locat: neq; agello prius ſemina cõmittit, q̃ aratro iũxerit boues, q̃ noualia proſciderit dui deniq; laborauerit: poſt hęc amnem ad irrigationẽ operũ ſuorũ deriuat. Hęc cõmiſtio ẽ fluui, cum agricultura, ſpei cum labore, fructuum cum duritie: Sic quidem mala cõglutinata ſunt bonis. Quamobrem, ſi placet, auſer nominis odium, conſuetudinem boni, ac mali intelliges, nequaq̃ propter ſe ipſam a laborãtibus inductã. Si nauigaturus acceſſeris ad portus, gubernatorem minime eliges tempeſtatum inexpertum, neq; eum, qui nunq̃ uiderit ſalum: ſed qui potius ex periculis multis, atq; experientia malorum ſibi artem aſtruxerit: Ego quidem Imperatori minime eredo, bellorum omnium perpetuo uictori: qualis apud Athenienſes Nitias fuiſſet: ſi quidem ex Sicilia ĩcolumis rediſſet: Qualis etiam Cleon, ſi modo populũ temperatius regens, ex Amphipoli reuerſus eſſet. Cũ enim uideo quem ſine intermiſſione ſecunda affaluerit fortũa, ſiue gubernator, ſiue Imperator exiſtat: ſiue priuatus, ſiue princeps, ſiue uir, ſiue etiã ciuitas huius fortunę: tantundem prope exiſtimo credendum

eſſe quantũ Solon credidit Croeſo aut Amaſis Polycrati. Crœſus quidem habuit terram equis ornatam. Polycrates mare nauibus inſtructum. Sed quę tandem firmitaſ fuit in utroq;? Haud. n. Crœſus in terra haud in mari Polycrates ſatis firmitatis inuenit. Verũ Polycrates ĩ Orontis poteſtatem deuenit. Crœſus Cyri mancipiũ fuit. Longa uidelicet fœlicitas excepta eſt, ab ingruentibuſ malis ob eam pręcipue cauſam. Solon Creſum minime fœlicẽ putauit: ſapiens enim erat, ſob eãdem Amaſis repudium miſit amicitię Polycratis: quem ſcilicet obnoxium proximo infortunio pręſenſiſſet. Quapropter ego eam uitam probauerim, quę deguſtauerit malum: dum tamen id tantummodo delibarit.

¶Inſperſit tantum labia areſcente palato:

Virtutem quidem inſtructam: ſed ea aduerſus inuitam fortunam utentem. Nam & ſi oculi maxime ex cunctis coloribus clariſſimo gaudent, ſi tamen ille oppoſitum habeat phęum: uoluptatem eis minime cõturbat. Si ad fœlicitates aliquantulus acceſſerit dolor, Is me Hercule facit ut magis ſentias uim & fœlicitates ipſaſ agnoſcaſ. Sitis eſt, quę iucũditatẽm aſtruat bibendi. Eſuries edendi. Nox facit oculis gratiſſimum ſolem: poſt ſolem oritur deſiderium noctis: poſt ſaturitatem quęritur fames: ſitis poſt ebrietatem. Quod hãc ſi uiciſſitudinem tollas: ex uoluptate efficies dolorem. Ob eam cauſam ferunt Artaxerxem Perſarum regem, cum ĩ diutina ſenſuũ uoluptate perpetuaq; tranquillitate uitam tranſegiſſet, fœlicitatis nullum ſenſum habuiſſe. Cui. ſ. Aſia epulas conferret: poculũ propinarent ex cunctis omnibus optimi. Infinitę pręterea arteſ eius uitę deſeruirent: At hic in expeditione gręcorum tranſmarina decem millibus gręcorum atq; acerrimis ducibus congreſſus ac uictus: ubi ſeſe in nudum tumulum recepiſſet ex fuga in eo coactus pernoctare, infœlix tunc primum ſitiſ habuit ſenſum, ubi neq; Coaſpes neq; Tygris neq; Nili ſuppeteret copia. Non calices, nõ propinatores adeſſent. Itaq; ſatis ſe fœlicem putauit, cum ex fetido utre poculum ab homine Mardo accepit. Ac tum demum miſer quis eſſet ſitis, uſus ſimul etiam cuiuſmodi eſſet uoluptas bibendi, nũq̃ id prius expertus intellexit. Homines ergo uoluptatum ſatietas capiet: fœlicitatũ minime capiet? Harum (me Hercle) ſatietatẽ epu-

larum/atq; ebrietatis ſatietate moleſtiorem eſſe cenſuerim. Vides
ut neq; etiam Achilles ocium/neq; ſilentium Neſtor/ neq; ſecurita-
tem ferat Vlyxes? Cum liceret Achilli uiuere/atq; imperare Mir-
midonibus/Teſſalicam terram excolere/ac ſenectutem Pelei alere:
Neſtori item in Pylo in pace/atq; otio ſenium ducere/ Vlixi itidem
in domo remanere circa opacum foliis/ Neritum,in terra uirorum
altrice. Demũ uero penes Calypſo ĩ ũbroſo/atq; irrigno ãtro nym-
pharum obſequiis eblandito/ſenectute/ac mortalitate depulſa. At
neq; otium/neq; immortalitatem ipſam uoluit accipere/quę aliena
eſſet a conſuetudine uirtutis: quam qui uerſare decreuit/ huma-
nis caſibus obiectus cogitur ſępiſſime clamare.
Suſtineas cor/namq; olim grauiora tuliſti.
Quę.n.memoria Vlyxem commendet? ſi quidem de eius uiri ui-
ta auferas labores. Quid etiam Achillẽ dempto Hectore/ac Sca-
mãdro demptis nauibus/urbibusq; duodecim: ex quibus unde- xi urbes penes ſcamãdrũ
cim poſitę eſſent in continenti efficiat clarum? Herculis nãq; ori-
ginem nulla alia cauſa eſt cur Homerus rettulit ĩ Iouem: q̃ qui in
mediis periculis diuerſans,perpetuũ cum his geſſerit bellum. De-
me de Herculis hiſtoria beſtias feras: Deme prępotẽtes Tyrãnos/
ſurſũ ac deorſũ itĩera/grauiaq; illa uniuerſa: Herculis uirtutẽ/muti-
lã reddideris. In Olympiacis pythiiſq; certaminibus/minime fas eſt
oleaſtro coronari/ac malo eum qui ſecum ipſe decertet. Vt uictor
pręconio declareris opus eſt emulo/in ſtadio uitę humanę/ac pre-
ſenti mortalium certamine. Quemnã aliũ dicas aduerſarium/qui
optimo uiro opponatur: pręter tentatiõem malorum? Age prouo-
cemus aduerſarios in ſtadium. Qui nam procedent ex Athenis?
Cum Socrate .ſ. Melitus/carcer,ac uenenum: ex Academia Pla/
to: tyranni iracundiam ſuſtinuit/fretum ſepius tranſmiſit: pericula
adiit immenſa/Deſcendat in ſtadium alius quoq; atticus pugil/qui
cum Tiſaphernis periurio/cum inſidiis Aręi: cũ proditiõibus Mem-
noniis/cum regis impetu pugnauit. Vſq; ex Ponto opus eſt certa-
torem arceſſere: Nam & hic ualidum congreſſum/cum aduerſariis
duris: paupertate uidelicet/ingloria,famę/ac frigore ſuſtinuit: cuius
quidem exercitationem maxime laudo.
Qui fœde incutiens ipſi ſibi uerbera plagę:

Iniecit laceros humeris pannoſus amictus:

Q uare paruo negotio uictoriam obtinuit. Igitur uiris huiuſmodi coronam decerno:libetq; eis pro uirtute certantibus, preconiũ uictorię concedere: Q uos ſi auerteris a pugna, aduerſus infortũia deſumpta:eis & coronam & pręconium demas. Tolle Athenienſium ad Marathonem uolucrem curſum, necemq; eq; oppetitam in loco, Manũ Cynegiri ſuccisam, Polyzeli ĩfortunium, Callimachi uulnera: Q uid nam aliud Athenienſibus ad gloriã relinquas pręter Erechthei, ac Cecropiſ fabulas, minime a poſterioribus creditas? Ob hanc pręcipue cauſam, per diu Lacedemonii libertatem conſeruarunt:q; nequaq̃ in pace otium alebant. Verbera plagasq; ac conſuetudinem malorum, ipſis uirtutibus permiſcentes.

¶ Q VOMODO Q VIS AD AMICVM SE HABEAT ·ſermo· XXXVI

POTES dicere, quos nam commemorans Homerus libenter ſimiles Diis genitos, Ioue, Ioui in cõſilio ęquales uocat? Q uos nam allioſ pręter optimoſ illoſ, Agamemnonem, Achillem Vlyxem, atq; alios non nullos, quos idem Homerus commodos cenſuit ad laudem diſignandam. Q uod ſi eos non feciſſet ſimileſ Ioui:ſed potiuſ Machaoni medico, Calchãti uati, Neſtori equeſtri, Meneſtheo ordinum ſtructori. Epeo fabro, ac Nireo ſormoſo. Numquid non poſſis comparationis cauſam aſſignare? uel potius hic ſimilitudinem quidem agnoſcis. Illic uero potes tantum dicere, eos eſſe ſimiles Iouis: et laudare comparationiſ inuentionem: Inuentionem tamen non ſatis intelligis? Age iã ego mentẽ Homeri pedeſtri ſermõe, homo minime poeticus narrabo. Vocat Homerus Iouẽ, deorum atq; hominũ p̃rm. Putaſ ob eã cauſã q; delapſus e cęlo, ſumpta modo auis, modo auri, modo alterius alicuius rei perſona; peteret mulierum mortalium complexum?

Dum ſerit in primis magnorum ſemina regum.

Id ſi fecerit Iuppiter:ne admodũ paucos filios habebit. Verum eã rationẽ, ſequitur Homerus:ut hęc dicenſ, referat cauſam ĩ Iouẽ, procreationis, ac cõſeruationis huiuſmodi generum:Propterea cum patrẽ.

appellat: Q uod quidem nomen antiquiſſimum omnium eſt : ex
his,quę amicitiam deſignant . Eſto hanc rationem de Iouis deno-
minatione reddi poſſe.quę uero de ſimilibus Iouis dicta ſunt, ali-
ter ſe habent.Non uides ut Salmoneus minime a poetis Ioui com-
paretur : qui tametſi torquere fulmen putaretur, & imitaretur
tonitrui fragorē ac fulguris lucē:tamen potius Therſiten : qui imi-
tari Hectorē uellet:q̄ Iouē reddebat . In quo igitur heroes illi Ioui
ſimiles erant? Nempe imitantes proprietatē illam Iouis, ex qua &
ſalus & dilectio & paterna quodāmō cura in Deos atq; homines
demanet.Hoc eſt in quo mortaliū uirtus diuinę uirtuti ſimilem ſe
facit.Et qd apud ſuperoſ Themiſ ideſt faſ ac Iuſtitia uocatur:quod
q; aliis quibuſdā nominibus occultā ſignificationem habentibus,
ac diuinę maieſtati accōmodatis exprimitur. Apud homines uero
amicitię, ac gratię nomine quibuſdamq; aliis uocabulis, humani-
tatem & beneuolentiam denotantibus ſignatur. Etenim humana
natura poſterior ualde eſt diuina uirtute: cum cunctis quidem ī re-
bus:tum etiam in propagatione amicitię . Ea enim minime pertin-
git ad omnes ſimilitudinis modos : Verū pecudum more concilia-
tur dum taxat,cum eiuſdem gregis conſorte:uotiq; etiam,ſit, ut id
omnibus contingat: Vt enim nunc eſt ſępius cernere licet, eodem
in grege ſub uno eodemq; paſtore contentiones permultas diſſen-
ſionesq; īpetentium ſe inuicem cornibus ac morſu : In quibus uix
ſcintillam aliquam amicitię manifeſte perſpicias, tametſi una cōpa-
ſcuntur cibos potus indumenta cęteraq; omnia quę adusum cor-
porum neceſſaria ſunt permutatiōe homines cōparant æris, ac fer-
ri,pręſtantiora quędam auro atq; argento:Cum uel maxime liceat
metallorum arti ſalute multa dicta: ea inuicem omnia ſine pretio ſu-
mere, menſura quadam omnium iuſtiſſima : ut uidelicet indigens
a poſſidente neceſſaria exigat,poſſidens uero, cui ſuperfluat res in-
digentem capere ac ſibi habere permittat:Inter quos retributio lo-
cum non habeat . Lyciū glaucum pro accipiendo ære,aurum dan-
tem, et arma quę centum bubus conferrētur :nouem boum mer-
cede permutātem notat Homerus:Q ui ſi poſt haberet ęſtimatio-
nē acceptę rei,preſenti pretio ſoluere : at potius retributiōis ęquā
ac gratuitā menſurā cogitaret:rē profecto faceret, ęquis utrinq; pō-

Boetiis: Athenienſes athenienſibus: Thebanos thebanis. Corinthios corinthiis: conſanguineos contubernales: hoſtiliter ſe inuicē pętentes: eos ſcilicet qui eodem ſole uterentur eodem ęthere eadē lege: eandem terram paſcerentur hiſdem ueſcerentur fructibus: eādem ſacrificia peragerent: hiſdem uniſq; męnibus clauderentur: ciuitatem unam incolerent. Quos omnes modo inuicem pugnare modo fędera percutere: modo iurare: modo peierare: modo componere: modo conuenientes: modo diſſentientes licet intueri: minimis. ſ. ex cauſis ad excitandam iram perturbationemq; inducendā: ut ſi concauę naui ſabulum: uel aliud firmamenti genuſ detraxeris: eam continuo ad leuiſſimos undarum ictus uerſabilem reddas. Quomodo autem uir hic: qui ueram amicitiam affectat: ad eam aſſequendam comparare ſe queat? Tametſi difficulter id poteſt explicari dicendum tamen.

Sicut pax homines inter fuluoſq; Leones
Non eſt fida lupis neq; pax eſt mollibus agnis

Ita etiam ad conciliandum hominem homini facilis nequaq̄ eſt ductus: donec oculus ſ aurum feraſ. Quod ſi etiā ab auro dimoueas aſpectum non utiq; robur hoc animi ſatis erit ad amicitiam perfectam: Verū pugnandū cōtinuo erit ne te uel ancillulę flos uel uxoris egregia forma ab ea abducat. Etiā ſi ad iſta conniueas: cauendū erit a falſa ſpetie populi, magnanimi Erechthei, a concionum pręconiis: ab opinione uulgari: uaniſſimo nimirū negotio: celerrimeq; uniuerſam terram peruolitanti. Ambitionē cōtepſeris? Verberis iudicium contempſeris itidē iudicia? Carcerem quomodo contemnes? Carcerē tuleris? Necē perhorreſces. Multas te pręterire uoluptates oportet: multiſ reſiſterē laboribus ut eā rē teneaſ: quę ęquipolleat uoluptatibus ac laboribus cunctiſ. Rē dico auro pretioſiorē formę flore firmiorem gloria munitiorē uberiorē ciuilibus honoribus: Rem quę propter ſe ipſam ſit expetenda: quę ſpōte tibi obuiam eat merito ac iure optimo laudatā: cuius cauſa tametſi uel dolorē uel negotiū ſuſtineas interdum Ea tamen in medio dolore ac negotio ob memoriā cauſę te oblectet raram nimirū rem: quamuis eius imago frequentiſſime ac multiformiter occurrat Adulatorū uidelicet examina choreęq; ridentiū atq; ex ore pē-

omnino animus manet ab amicitia uera·hoſtilis ac triſtis. Hoc eſt
qđ ſignificant penę·fuirę·fabulę·ac tragedię· Sequamur igitur pa-
cē ſincerā·philoſophiā uocemus·ueniat philoſophia· hęc pacē ſpō-
deat·hęc pacem declaret.

OMNI SVBIECTO PHILOSOPHICVM CONVENIRE SERMONEM ·XXXVII

VID nam dicas hoc eſſe? ꝙ hiſtriones ī Dionyſiis ꝓmo-
q
do ex Agamēnonis·mō ex Achillis pſona loquētes:pau-
lo poſt Telephū·ac Palamedē·cęteroſqꝫ heroas:ut cūqꝫ
fabulę libuerit reddentes·reprehendat nemo?aut moribus officer̄
arbitretur:alios atqꝫ alios identidē ſe ipſos oſtendenteſ.Et hūc qui
Dionyſia·ac theatra relinquens·potius cogitat hominis uitā ciuilē
quāpiā fabulā eſſe minime medius fidiuſ cōſtantē·ex iambico uer-
ſu ab arte poetica: Quę tempori celebritatis alicuius inſeruiat.Ne-
qꝫ etiā ex chori cōcentu:q harmōię rationē habeat : ſed potius hu-
manę uitę referentē· Atqꝫ adeo fabulā philoſopho dignā·ꝓpea ꝙ
habet uerius argumētū·ac ꝑpetuitatē temporis: Deūqꝫ ipſum poe-
matis auctorē ac magiſtrū. Quāobrē in hiuſcemodi fabulę ſcęnā
deſcendens·ſeqꝫ ipſum cōſtituens principē chori· diligenter poeta-
rū officiū ſeruet:ut ingeniū ſcilicet rerū omniū:ex qbuſ fabulā mū-
di huius Deuſ cōſtituit : Ipſe ſuę orationis ui exprimat & effingat:
Hūc inq̄ ipſum:q hoc agat aliquiſ peccare putabit·diſſonūqꝫ eſſe?
Aut etiā protheū agere ? quem deſcribit Homerus marinū heroē
multiformē·plurimūqꝫ uariantē naturā. Sane ſi id detur·ut ars ac
muſica uis·beatitudinē hominibus aſtruat: nulla habebit eius ho-
minis ratio: Qui cū ſe pulchre ad doricū modū exercuerit:ſi tamē
uſus expoſcat·ut ad colium ſe uertat ī ea arte.quę multiſonantiā re-
qrit·ſilentiū agat: Veꝝ qn̄do huiuſcemodi cātus· modulatiōiſqꝫ q̄
āimū ducere poſſit:exiguus hoībuſ ē uſus:neceſſeqꝫ ē·aliā·ac ma-
gis maſculā muſā aduocare:quā Homerus libenter Calliopen.Py-
thagoras philoſophiā·alius autē aliter appellat. Numqd hunc ui-
rum:quē eiuſmodi muſa inſpiret,una cum eius ſermone· oporte-
bit paucioribus modis· ac uocibus eſſe inſtrumentum : Ita ut ni-
hilominus ſeruet poeticum decorum : neqꝫ unq̄ mutus effectus
ſtuporem oſtendat?Namſi ita eſſet· ut in tam longo ac continuo
ſuo pars aliqua uitę philoſophicam rationem minime requireret

faterer equidem multiplicem/ac multimodā eiuſmodi muſam harmoniamq; ſuperuacuam eſſe. Si inq̄ humanę res unam ſeruantes figuram/eodem ſemper incederent tenore: nūq̄ ad dolorem ex uoluptate/neq; ex dolore ad uoluptatē tranſlatę: neq; affectiones cū affectionibus cōmutantes: non deniq; ſurſum/ac deorſum uertentes/ſingulorum hominum mentem.

Mens etenim humana eſt talis, qualem ipſe dietim
Iuppiter attulerit hominum pater/atq; Deorum.

Amnium

Decernit namq; dęmon humana negotia conuerſionem ſibi inuicem debere: eorumq; naturam diariam eſſe. Quēadmodū igitur eorum animum: quos perēnes fontes emittunt: unicum tantūmodo eſt nomē: ſiue illi Sperchius: ſiue Alpheus/ſiue alio nomine appelletur/& ab ipſa ſtatim emiſſione: alia eſt unda ſuccedens/alia depulſa: quę tamen continuationem curſus ſeruantes/fallunt intuentium aſpectum unius amnis continui/atq; uniti ſpetiem prębētes. Sic etiam humanorū negotiorū ortus ac fluxus/ ex perēni editus fonte/& incōprehenſibilis pernicitatis eſt/ & inſenſibilis curſus: iuxtaq; rationis aciem perſtringit: atq; oculos amnis. Itaq; unam eandēq; uitam appellamus: quę tamen multiformis/atq; uaria exiſtit/multis poſtremo caſibus/multis negotiis/multis etiā tēporibus fit penitus altera. At huic pręſidet ratio: quę p̄ñtem rē ſemp exornet/haud ſecus q̄ medici ars corpori natura minime ſtabili: Quinimo ſurſū/ac deorſū euacuationibus ac repletionibus uerſato/ſtudium prębet indigentię/ac ſatietatis regēdę. Hoc idē pręſtare poteſt philoſophi ſermo/ad ſedandas affectiones ſeſe cōponens/triſtia demulcens/res lętas gratulatione hilariores efficiēs. Si inq̄ uita hominū uno ordine iecederet/aut unā tantū ſpetiē ferret: una utiq; ratione/atq; uno more/ſatis haberet. Nūc autē tēpus/qđ citharedi molliculos deſiderat modos/uidelicet tūc ē/cū onuſtis mēſis res ad multū proceſſerit uini. Oratoris cōmodū tēpus ī iudicio frequenti/poetę tempus in Dyonyſiis conſiſtit/ſi quando chorum ex poſcant: cū tamen philoſophico ſermoni/nullū peculiare tempus ſecernat: ſed potius una cum ipſa uita exoriens/ita illi confunditur/ miſceturq;/atq; oculis lux. At quis nam comprehēdere poſſit obſequium oculi luce ſublata? Detur aſpectus: Hic quidē quamuis hebetudine caligans/etiam aduerſus noctem pręſtabit: et in tenebris ducentis

officio manus·aliquam coniecturã itineris habebit. Dempta uero
ab hominis uita·ratione rectoq; ſermone: quid eum prohibet prę-
ruptis peſſimis·īcertis atq; aſperis uiis·pręcipitem ferri? Cuiuſmo-
di barbaries cuncta incedit: ea .ſ. quę rationis non eſt particeps.
uel depopulatione agrorum·uel inſania·uel mercennaria militia·
uel etiam errore·Aufer paſtorẽ ab ouili: aufer fiſtulę uſum·paſto-
ricium negotium funditus euertas. Ab hominum grege ſi ducem
cõgregatoremq;·orationem ſemoueris: gregem ipſum perdideris·
ac diſſiparis: ſuopte quidẽ īgenio mitẽ. Impuritate autem educatio-
nis malis affectionibus addictũ·egentẽq; officio muſici paſtoris:
qui nequaq̃ flagello·uel ſtimulo eius contumaciã ulciſcatur. Idem
namq; facere uidetur quiſquis putet philoſophi tempus aliquod
extare rationis utendę, atq; is qui militi acri in bello armandi iacu-
landiq;·ſiue ex equo·ſiue ex curru perito: pariter tempus ſecernat:
quod ſeparatum habeat uſum a cõmuni uſu·bellicaq; fortuna. Re
quidẽ inſtabili atq; ambigua. Dic age num putes eũ·qui in Olym-
pia certauerit·Iſthmũ decere cõtemnere? At hic etiã ob negligẽtiã
uituperatione non caret·neq;.n.ceſſabit honoris cupidus animus·
ob deſideriũ quietis·uniuerſa certamina obire: contentus accepiſ-
ſe·dumtaxat ī Olympia oleagīam coronã·ſed & pineam quęret in
Iſthmo. Argolicum pręterea apium·ac pythia mala·Cum tamen
eiuſmodi certaminis minime ſolus animus·propriam cauſam ſu-
ſtineat: ſed potius ob corporis ſocietatem·ac coiunctum uictorię·
pręconiiq; palmã aſſequatur. Vbi uero ſolus animus laborat·om-
niſq; certaminis uis in eo uno utitur. Nunquid hic poſt habendũ
putabit tempus aliquod certaminis? aut otium ſibi ultro aſſumet?
quando etiam neq; malorum neq; oleaſtri propoſitum ẽ pręmiũ:
ſed quod illis honeſtius eſt·ad ſtudium certandi·ſalubrius ad ſpec-
tatores iuuandos·celeriuſq; omnibus uerbis·fidem uitę inducit.
Verum tempora ac loca certaminis huiuſmodi·repente denuntiari
aliter·atq; aliter ſolent. At id quod uere dicitur grecum: ultro uo-
cationibus patet·ac ſe ipſum exhibet·minime oblectandorum ocu-
lorum gratia: ſed potius ob ſpem aſſequendę uirtutis allectum:
quę quidem arctius ipſa uoluptate animum hominis amplecti-
tur. Videre itaq; eſt in uniuerſis aliis certaminibus·quęcunq; ſpec-

tatores inuitant: ob ſtudium uiſendi robur atq; artem corporum:
neminem ſpectatorũ ipſorũ id ipſum quod intuentur ſpectaculũ
ſequi atq; imitari. At ibi ex alienis laboribus noſtris oculis uolup-
tatem decerpimus: nemoq; ex infinita ſpectatorum multitudine
inuidet locum his: qui in medio ſtadio puluere fędantur curſant
ſeſe mutuis complexibus elidunt ac uapulant niſi forte: qui ſerui-
lem animum gerat. Cũ tamen longe ſecus ĩ ipſo animi certamine
contingat: In quo eo uſq; nobilior pugna proponitur ac labor ſalu-
brior eſt theatrumq; ipſum tanto magis pugnantibus afficitur: ut
nemo ex pręſentibus ſpectatoribus: q̃ recto iudicio utatur: non op-
tet depoſita ſpectatoris perſona ſeſe pugilem fieri. Qualem huiuſ
rei cauſam afferas? Quod. ſ. ad corporũ pugilatus athletarũq; la-
bores nequaq̃ oẽs homines natura ſunt apti: Neq; eiuſmodi res ẽ
quã quiſq; ex arbitratu ualeat efficere: ſed potius natiua ac ſortis
beneficio cõtingens: propterea peruenit ad paucos. Oportet enim
uel magnitudinẽ corporis a natura ſortiri: q̃ ſit futurus ſimilis Tito-
lino uel neruos q̃ Milionẽ uelit imitari: uel robur ęmulũ Polyda-
mãtis uel pernicitatẽ qui Laſthenẽ ſequatur: q̃ ibercilior eſt Epeo-
deformior Therſite: ſtatura ĩferior Tydeo: Tardior Aiace: Aut uni-
uerſos ſimul corporis collegerit defectus: Hic ſi certandi deſiderio
teneatur q̃ inane q̃q; irritũ deſiderium ſequatur. Animi uero cer-
tamina ipſius aduerſa prorſus ratione ſe habent: q̃ corporis certa-
mĩa. Mira etenim raritas in hominum genere eſt: quę illius rei pa-
rentẽ naturam non agnoſcat. Virtutes uero animi natiuę minime
ſunt non ſortis etiam alicuius. Verum tantulam operam a natura
ſuſcipiunt: quantum ſatiſ eſt ad ſuſtruendum ualido muro fundũ:
aut onerarię naui carinã. Conſotiauit utiq; Deus rationi amorẽ
ac ſpem: Amorem quidem quaſi remigium quoddam alarum ex-
peditum ac ſublime ad ſubſtollẽdum ac leuificandũ animum: cu-
ius appetitionibus curſum aperiret. Illas quidem alas philoſophi
appetitionem humanam uocitarunt. Spes autem iccirco in con-
uictum animi dedit: ut poſſint ſingulorum impetus mollire (mi-
nime profecto ſecundum atticũ poetã) cęcas: ſed accutiſſimi uiſus
nequaq̃ animum ſinentes laboribus cedere: quaſi aliquando ada-
matę rei compotem futurum. Olim cum non dum inducta

ſpes eſſet:qui pecuniam cuperet : ab ea quęrenda ceſſabat: Mercẽ-
narius miles in expeditione minime ibat Non mercator fretum·
non graſſator depopulationem: non petulans adulterium tẽtabat:
Vt primum introducta ſpes eſt : iuſſi illico eiuſmodi ſtudia ſequen-
tes ſperare·haud fruſtra labores ſuſceptos eſſe:quorum quandoq;
exitum uiſuri eſſent · qui pecuniam quęreret · tamq̃ diues euaſu-
rus:qui occupationem bellicam haberet· ut adepturus uictoriam:
qui nauigaret·ut ſoſpes reuerſurus·qui depopularetur ut compen-
dium maximum facturus : qui adulterium tentaret:ut ſpectatorũ
oculos euaſurus. Dein ſecuta repẽtina aliqua calamitas eſt:quę pe-
cunioſum cõpilauit:mercennarium necauit:mercatorem demerſit:
graſſatorem cõprehendit:adulterum detexit:unaq; eum appetitio-
nibus ipſis·ſpes itidem interierunt. Nullam namq;·metam · termi-
numq; aut diuitiis · aut cęteris cupiditatibus hominum conſtituit
Deus. Verum iſinita eſt harum omnium uis. Quamobrem ſpec-
tatores ipſarum·quo maiorem earum rerum copiã habent·eo etiã
magis augent ſitim . Minus eſt.n.quod poſſeſſione cęperunt · eo
quod ſpem iam deuorarunt . Quotienscumq; animus petit rem
ſtabilem·certam·finitam·circunſcriptam·natura pulchram·ſupera-
bilem labore·ratiocinatione perceptibilem·ſectabilem amore·com-
prehenſibilem ſpe: Tunc ſtudium ipſius aſſequitur optatum·tunc
operepretium facit·tunc uictoriam refert· Hoc ſcilicet eſt·neq; prę-
terea aliud:cuius cauſa philoſophantes eiuſmodi congregant theatra.
Verum opus eſt rurſus pugilum horum imaginem intueri:
Et quidem nemo ex prioribus illis certatoribus ęmulos · ſecum
in ſtadio deſcendere: ſed potius omiſſo pugnandi labore con·
ſequi uictoriam exoptat . Neceſſe quippe eſt,e multis unum dum-
taxat euadere uictorem : Contra fit in ipſo animi certamine : in
quo pręcipue qui palmam petit · q̃ plurimos ad certamen inuitat.
Vtinam o Dii e meis ſpectatoribus ferendus mihi ęmulus
ſit · qui eadem ſedeat in cathedra : Tunc probe · tunc iure · tunc
merito accipiam coronam · tunc pręconium in uniuerſa gręcia
merebor : Hactenus nec coronam · nec pręconium accepiſſe me
fateor : tametſi id omnes clariſſime clamatis . Nam quę mihi
utilitas ex multis meis contionibus · atq; hae continua dicendi

exercitatiõe? Laudes ne? Satis habeo laudum, habeo gloriam. harum rerum ſatietas me cępit. Vt autẽ ſummatim loquar. Quiſq̃ ne ex auditoribus meis orationem meam laudabit: qui ipſe ſilentium agat? cum tamen & uoce utatur & auditu. Philoſophiam laudabit: quam tamen minime conprehendit: tam & ſi animum habet & magiſtrum. Res itaq; efficitur perſimilis modulationibus tibię citharęq;: uel ſiqua eſt alia muſica. uel tragica. uel comica. i. dionyſiis celebrata. Laudant uidelicet cuncti: ſed imitatur nemo. Hic etiam profecto laus a uoluptate maxime differt. Auditores .n. uniuerſi delectatione afficiuntur. Qui autem uere atq; ex animo laudat: certamen id ſibi imitandum deſumit. donec ipſum non ęmulet. tum minime laudat. Iam enim hoc uſu uenit: ut qui tibiarum eſſet indoctus, diſpoſitione tamen muſicen admiſerit. auresq; ad tibiam formans. cõcentus memoriam ſeruet. ac ſecum tacite ſuccinat. Hoc itidem & ueſtrum aliquis peragat: forte etiam tibias ipſas adamabit. Vir quidam alendorum animalium ſtudioſus habuit in cõtubernio aues. eius quidem generis, quę ſuauiter canunt. matutinũ hoc auiuum carmen. ac inarticulatum. q̃tulum tamen fert auium natura. Hę quidem cum tibicinem audirent. ſeſe modulatiõe tibiarum exercentem. uiciſſim cottidie reſpondendo: ita aures ad tibiã formauerant. ut tandem non prius tibicen modulationem inciperet. q̃ aues illę, quaſi auſpiciis canendi arreptis. in morem chori reſponderent. Id faciunt aues. homines uero minime facient? neq; auium illarum exemplo incipientibus nobiſ concinent nobiſcum? cum tamen continue audiant modulatiões. nequaq̃ ignobiles. ſed intelligibiles uoces. articulatas. uberes ad inuitandam imitationẽ productas. Qua propter cum ego hactenus ſiluerim: nihilq; aut magnificum. aut arrogans. neq; publice. neq; priuatim de me ipſo prędicarim: Si quid in preſentia dixero. quod elatum ac iactabundum uideatur: ueſtra. ſ. cauſa dictum putatote. Exhibitus uobis eſt Iuuenes. orationis apparatus. amplus. fuſus. ac partes multas continens: qui ualeat omnia prębere: ad omnium deniq; aures peruenire. omnium ingenia. cuiuſcunq; rationes. ſectas. atq; iſtructionum ideas cõmouere: qui large ac gratuito ſine excuſatione. ſine inuidia capacibus prębetur. Oratorię deſiderio teneris? Hinc ad eam

expeditus eſt curſus/ſufficiēs facilis ſublimis/admirabilis/minime
interruptus/robuſtus/imixtus. Poeticen adamas? Aliūde quęrito
tantum metrorum ipſorum rationem/reliquum poeticę diſpenſa-
tionis/Hinc capere potes id/quod dicitur ſublime/conſpicuū ſplen-
didum fęcundum diuinitus afflatum. Vt itidem dicitur diſpoſitio
poetica fabuloſa conſtructio ut eſt poſtremo affluens uocū copia/
minimeq; ſalebroſa harmonia. Ciuilem inſtitutionē affectas? eges
q; eiuſmodi apparatu: qui populum queat & conſilia tractare. Ma-
nifeſtam rem tenes. Vides conſilium/oratorem/leporem ac robur.
Verū aliquis contemptis his ſtudiis/philoſophiā potius amplecti-
tur: Hoc quidē in loco iactantiā minuo: cedoq; neq; amplius utor
eadem perſona. Per magna res agitur: & quę pręceptorē omnino
requirat: minime (medius fidius) uulgarē humiq; repentē: neq; ex
popularibus moribus compoſitum. Si quiſ enim philoſophiā affir-
met in uerbis/ac nominibuſ conſiſtere in artificioſiſ/pręterea ſermo-
nibus/in redargutionibus rixis/ſophiſticiſq; argumentationibus/
atq; hoc genus ſapientię ſcholis paruo negotio pręceptorē inueniet.
Multus ubiq; ſophiſtarum eſt numerus/facile negotium/confe-
ſtimq; apparens: Quare dicere auſim huiuſcemod philoſophię
plures pręceptores q̄ diſcipulos extare. At ſi iſta/quota pars philo-
ſophię ſunt/ac tantula profecto: quanta nec ſine turpitudīe poteſt
ignorari/nec tamen multa cum gloria teneri/turpitudinē uitemus.
Cumq; harum rerum ſcientiā fuerimus adepti/de earum cognitio-
ne nimium nobis ne placeamus: In quibus ſi ſumma dignitas ſit
nimirum grāmatiſtas honorabiles facimus: quorum negotiū eſt
ſyllabas uerſare: unaq; cum puerorū ſtultiſſimo grege/orationem
balbutire. Philoſophię ipſiuſ caput ac ſemita/quę ad eam homineſ
ducit/pręceptorem expoſcit: qui iuniorum animos attollat/eorūq;
ambitionem inſtar pedagogi gubernet: haud aliter q̄ doloribus
ac uoluptatibus ipſorum appetitiones temperando: ut illi ſolent/
qui equos perdomandos ſuſcipiunt: Hi.n. neq; penitus eorum fu-
rorem infringunt/neq; etiam ſinunt eos impudenter propria gene-
roſitate abuti. Equi furor regitur freno: regitur habenis/equitis au-
rigęq; arte. Hominem uero uerſat oratio minime ignaua/minime
ſordida/minime neglecta: ſed quę lenitate atq; acrimonia tempe-

ſ

rata:nequaquam otium auditoribus præbet : ut uoces dumtaxat ac uocum uoluptates inquirant : ſed illos potius excitet : ac ueluti tubę ſonitu percuſſos cogat debacchari. Tuba etenim interdū claſſicum ſonat. Interdum receptui canit. Qui ſi huiuſmodi orationē requirant philoſophiam affectantes : nimirum dare operam oportet:ut eū cuius ea facultas exiſtat habeamus probemus eligamuſ ſiue ille ſenex,ſiue iuuenis ſiue pauper ſiue diues ſiue multi nominis ſit. Opinor autem minus ualidam eſſe iuuentute ſenectutē diuitiis paupertatem:obſcuritatem nominis gloria. Facilius tamen homines ad eos tanq̄ ad pręceptores accedunt : qui eiuſmodi defectibus & incommoditatibus laborant:Ita ut hęc fortunę incommoda:quaſi quędam uiatica effecta ſint,ad iter philoſophię. Nam ꝙ pauper Socrates fuit:pauper ſtatim imitabitur Socratem:ut bene iam nobiſcum agi putemus ꝙ non & ſimi & uentricoſi de philoſophia diſceptent. Qđ uero Socrates non ſolum pauperes: ſed etiam diuites claros ac nobiles ad philoſophiam urgeret nemo recordatur. Cenſet.n. Socrates,ſi ipſum tantum Eſchinem atq; Antiſthenem ad philoſophiam trahat minimum inde utilitatis ad ciuitatem Athenienſem : aut potius nihil cuiq̄ eorum temporum peruenturum : pręter id,quod ex memoria ſermonum ſuorum poſterioribus eſſet conducturum. Si uero Alcibiades ſi Critias ſi Critobolus ſi Callias philoſophiam eſſent amplexi: nequaq̄ ſane procellę tam graues eius temporis Athenienſes oppreſſiſſent. Nō enim Diogenem baculo tantum ac pera effingimus :ſed neſcio quomō qui hęc ipſa geſtarit,impuritate etiam poteſt Sardanapalum ipſum anteire. Ariſtippus ille qui purpurā geſtaret unguētiſq; oblitus eſſet:haud intemperantior Diogene fuit. Vt enim qui uim aliquam adeptus corpus ſuum aduerſus ſęuitiam ignis muniendi nō dubitaret(opinor)ſe ipſum & Ethnęis flammis obicere. Sic etiā q̄ pulchre ſe aduerſus uoluptates pararit tametſi in mediis ipſis diuerſetur neq; calorem neq; flammam neq; liquationem aliquam ſentiet. Itaq; probanduſ philoſophus eſt non ex habitu non ętate neq; fortuna : ſed potius a iudicio mentis ſermone compoſitione q; animi a q̄bus(dumtaxat)philoſophus dignitatis ſuę ſuffragia capit. Alii uero a fortuna habitus ſimiles ſunt ueſtimentis theatra–

libus. Vnus atq; idem eſt poematis decor/ſiue Is/ qui loquitur in
ſcena principem agat: ſiue etiam ſeruum. Etenim pro uſu fabularū
amictuſ commutantur. Itaq; Agamēnon fert ſceptrum/pellem bu-
bulcus/Achilles arma: Thelephus penulam/ac peram: nec propte-
rea minus libēter a ſpectatoribuſ ipſiſ Agamēnōe Telephus audit.
Animus.n. non loquentium fortunas/ ſed poemata reſpicit.
Eodem pariter modo exiſtimare debes in philoſophico ſermo-
nę pulchritudinem nequaq̄ uariam/ ac tranſmigrabilem eſſe: ſed
unam & eandē ac ipſam ſibi ipſi perſimilem: pro qua/qui decertant
hos fortuna diuerſis amictibus ornatos in ſcęnam uitę demiſit.
Pythagoram quidem purpura ueſtitū: Socratem uiliſſima ſtola: Xe-
nophōtem & thorace & clipeo armatum. Sinopeum pugilem Te-
lephi ipſius exemplo/baculo ac pera inſtructum: Quorū omniū
ornatus eum perſona: quā gererent optime faciebat. Propterea Py-
thagoras admirationē hominibus excuſſit: Socrates ipſoſ redarguit:
Xenophon ſuaſionibus illexit/Diogenes conuitio eſt uſus/ O beа-
tos hiſtriones: O beatos auditionum earū ſpectatores: Quis nā
erit temporum noſtrorū/uel poeta/uel pugil: quē neq; pudendū/
neq; elinguem dicere poſſimus? Sed potius recipi dignum in thea-
tra/conuentusq; grecorum. Quęramus hunc uirū: confeſtim (ut
ſpero) apparebit/Apparensq; inhonoratus haud abibit.

VTRVM DIIS DICANDA SINT SIGNA. XXXVIII

o PITVLARI mortalibus Deos/ ambigit nemo/om-
nibus quidem omnes. Verum ſecundum diuiorum no-
minum famam/opitulari alios aliis creditum eſt: His ho-
mines & honores & ſigna/pro ut Deorū aliquod beneficium/aut/
publicum/aut peculiare in eos extitit/obtulerunt. Sic nautę in ex-
tanti aliquo ſcopulo/quod minime tunderetur ab undis/ temones
marinis Diis dicauerunt. Sic de paſtoribus aliqui Pana uenerātur:
in eiuſ honorem/uel abietem excelſam: uel antrum profundum eli-
gentes. Agricolę pręterea colūt Liberum patrem: uiridē ac natiuū
aliquem truncum in pomario conſerentes: ruſticum nimirum ſi-
gnum. Dianę ſacratę ſunt ſcaturigines fontium/deuexęq; in monti-
bus ualles/& uenatiōibus expoſita prata. Sed & Ioui mortalium/

primi uertices montium ſacrarunt Olympum · atq; Idam, uel aliũ
quempiam: qui pręcęteris cęlo proximus eſſe uideretur. Eſt etiam
aliquo gentium tributuſ fluminibuſ honos · uel propter emolumẽ-
tum: ut apud Egyptios Nilo: uel propter pulchritudinem, ut apud
theſſalos Peneo: uel propter magnitudinẽ · ut apud Scythas Iſtro:
uel propter fabulam · ut Acheloo apud Eholos: uel lege, ut apud
ſpartiatas Eurotę · uel propter ſacrificia · ut apud Atheniẽſes · Iliſſo.
Quo fit ut amneſ quoq; propter utilitatẽ eorum: qui ab ipſiſ com-
moda acciperent · honores ſortirentur: Quinetiam adhibitę ſunt
artes · conſtituendis propriis cultibus ſingulorum Deorũ: quę eos
aliis · atq; aliis notis inſignirent. Sicubi uero gentium genus homi-
num ſit · minime uel ruſticum uel maritimũ: ſed potius in urbibus
diuerſans: quod ratione ac legibus conſtet: Nunquid hoc genus ·
nec munera · nec honores tribuet Deo? An potius honores uerbo
tenus impendet · Dei celebrando memoriam? A, ſigniſ autem · ac di-
cationibus ſacris: quibus Deus minime putet indigere · abſtinebit?
Haud. n. magis indiget Deus: uel ſignis · uel dicationibus ſacris: q̃
imaginibus · ac ſimulachris indigeant uiri optimi. Nã (quemadmo-
dum mea fert opinio) ad formandum ex humanis uocibus ſermo-
nẽ · haud neceſſarii ſunt · uel Fenicii, uel Ionici uel Attici · uel Aſſyrii:
uel Egyptii characteres. Sed eos iccirco humanę mentis imbecilli-
tas inuenit: ut eſſent certę notę: In quibus homines hebetudinem
propriam imprimentes: ex eiſdem poſſent reformare memoriam.
Sic etiam diuinę naturę nihil opus ẽ ſignis aut dicationibuſ ſacris:
Verum humana ingenia imbecillitatis proprię conſcia · tantumq;
a diuina natura diſtantia: quantum diſtat cęlum a terra, certa cõſti-
tuit ſigna: in quibus conderet & nomina & gloriam Deorũ: Qui
igitur memoria ualent · uigentq; · ita aio, ut recta tendenteſ in cęlũ ·
diuinę ultro naturę occurrant: Hi nihil idigent dicationibuſ ſacriſ.
Rarum tamen id hominum eſt genus · neq; reperias unq̃ populi
coetum · ita memorem diuinę naturę: ut eiuſdẽ admoneri nõ egeat:
Perinde ac pueri ſolent tenuibus quibuſdam notis · a grammati-
ſtis expreſſis · conſtituta memoria ad ediſcendam artem · manu quo-
dãmodo perduci. Viſi ſunt enim legum latoreſ · quaſi cuidam gregi
puerorum dicationes has ſacras tradidiſſe: ut eſſent ſigna quędam

diuini cultuſ/ac uię:qua quodãmodo ad reminiſcentiam diuinę na-
turę ducerentur. Verum dicationum ſacrarũ/haud una lex ẽ:haud
unus eſt modus·haud una eſt ars:haud una materia. Putarunt ete-
nim gręci ad celebrationem deorum conducere Jeam pręcipue rẽt
quę propter puritatem materię/propter effigiem humanam/prop-
ter artis conſumationem:pulchritudine ceteras uinceret. Neq; per
peram decreuiſſe putandi ſunt:qui ſimulachra deorum ad huma/
nam effigiem ſtruxerunt. Si enim animus hominis accedit proxi-
mus Deo/ac pręcęteris rebus eius ſimilitudine inſignitur:minime
profecto decuit deum:Jlli qui ſibi eſſet ſimillimus·ſeptum aliquod
tabernaculum circunducere:uerum id potius: quo optime ĩmorta-
lis animus geſtaretur:quod expeditũ eſſet ac facilis motuſ. Solum
etenim corpus humãũ/ex cunctis terreniſ corporibuſ·uultu ſuſpi-
ciens in cęlum·& pręſtantiam·& alacritatem/& decoram compo-
ſitionem oſtẽdit:nec propter magnitudinem terribile: nec propter
ſetas formidabile.nec tardum ex grauitate : nec leuitate lubricum:
nec propter duritiem tactui moleſtum:nec propter frigiditatẽ hu/
mi ſerpens:non propter caliditatem petulcum:non propter rarita-
tem compagis ad natationem factum : non propter ĩmanitatẽ cru-
das carnes:non propter debilitatem radices depaſcens. Verum in
operibus ſuis muſice compoſitum·formidabile prauis·placidũ pro-
bis/natura greſſibile/alatum ratione: Arte compos natationis:fru-
gi ueſcens/terram labore exercens:pemiuorum:coloris honſti/de-
centi pręditũ ſtatura·bene oculatum,barbę decorę. Per huius igi-
tur corporis formam/ſanxerunt gręci deos celebrari oportere.Bar-
bari autem & ipſi deum intelligunt omnes·aliis tamen,atq; aliis ſi-
gnis uſi ſunt.Perſę adorant ignem diarium/nimirum diuinitatis ſi-
gnum/inſatiabilem/uoracem:Huic cum ſacrificant Perſę alimentũ
prębentes his uerbis,utuntur.Ede ignis domĩe.Q ui cũ eiuſmodi
faciant:non ne merentur audire.O,ſtultiſſimi gẽtium: qui poſt ha-
bitis tantis/ac talibus diuinitatis ſignis/ut eſt placida terra:ut luci-
dus ſol:ut nauigabile ęquor : ut fecundiſſimi amnes:ut uitalis aer:
ut poſtremo cęlum ipſum:Jgni potius operam nauatiſ feriſſimo ac
leuiſſimo Deorum:quem non ſolum paſcitis lignis·extis : & odora-
mẽtorum omni copia. Verum huic uel ſimulacro uel Deo:Erethri-

am·atq; ipſas Athenas· ionica templa gręcorum· Deorum ſimula-
chra dedistis abſumenda. Non poſſum non ſuccenſere ęgiptiacis
legibus. Bouem egyptii colunt· auem hircum· atq; animalia Nili:
quorum mortalia corpora· miſerę uitę· humillimi aſpectus· obſe-
quium ſordidũ: turpiſſimus cultus. Moritur apud egyptioſ Deuſ·
lugeturq;: cuius & templum & ſepulchrum egyptii oſtendunt.
Et gręci quidem ſacrificant optimis uiris: quorum uirtutes proſe-
quuntur honoribus: calamitates autem obliuionibus debent. At
Aegyptii propriiſ diiſ pariter impendunt honoreſ & luctum. Peneſ
mulierem ęgyptiam cocrodrili catulus educabatur: hanc Aegyp-
tii beatam putabant: quę ſcilicet Deum nutriret. eorum aliqui &
nutricem & alumnum demulcebant. mulieris huius ephebus fi-
lius erat deiq; huius ęqualis· quo cum educaretur· ac luderet: Deuſ
uero ille interea· dum infirmis uiribus eſſet· cicur admodum erat.
at aucto corpore· ingenium detexit, puerumq; ęqualem occidit. In
fęlix autem Aegyptia· ob eam necem fęliciter actum cum filio pu-
tabat: cuius necis beneficio· filius contubernalis Dei donum effec-
tus eſſet: et Aegyptiaca quidem eiuſmodi ſunt. Alexander ille Mace-
do: qui perſas euertit: Babylonẽ uicit· ac Darium cępit: perrexit ad
Indiam, pręterq̃ liberi patris· & Alexandri (ut ferebant indi) cũctis
aliis exteris exercitibus ad eam ętatem inacceſſam: cum aduerſus
Alexãdrum hunc· arma ſumpſiſſent Indici reges· Poruſ & Taxileſ.
Porus quidem capitur pugnans: Taxiles uero ĩ amicitiam· ac ſotie-
tatẽ recipitur. Oſtendit Alexãdro Taxiles: quęcunq; mirãda erant
ĩn indica terra· maximos amnes· uarias aues· odoriferas plantas· ſi-
qua pręterea ignota eſſent oculis gręcorũ. In hiſ animal quoddam
eximium· liberi patris ſimulacrum: cui ſacrificant Indi: draco erat·
quinq; iugerum magnitudine. Is ducxo quodam ĩ loco· alebatur·
& anfractu profundo· deſuper altiſſimis muris circunſepto. Indorũ
uero armenta deuorabat· prębentibus indis oues ac boues in cibũ:
quaſi tyranno cuidam, potius q̃ Deo. Heſperii Libes ĩcolunt terrã:
collũm uidelicet anguſtum in longitudinem porrectum· ac mari·
circundatum. Scinditur enim circa colli uerticem oceanus· aquaq;
q; ui terrã amplectitur. His hominibus inſigne eſt Atlas. Eſt autẽ
Atlas concauus mons· accliuis ualde· ita ad excipiendum pelagus

patens·quemadmodum patent ad aerem theatra. In medio mōtis
eſt locus·uallis uidelicet per breuis,haud admodum lata · pinguis
tamen atq; arborum ferax:in quam ſi quiſ ex uertice ipſo deſpiciat:
in imum credat ſe puteum deſpicere . Deſcenſus uero propter inte-
riora prerupta difficiliſ eſt·& alioqui religione prohibitus. Verum,
q; huius loci mirabile eſt:cum oceanus ęſtuās littus obtundat:alii
quidem in locis adiacentes campos aſpergit : Vbi uero ad Atlantē
accedit in ſpetiem erigitur montis: Propterea uidere eſt,aquam ui
propria ſtantem·inſtar muri:quę neq; uallem influat : neq; ſoli at-
tactu fulciatur. Inter montem ac marę multum eſt aeris · nemusq;
in conualle receptum. Is locus apud libyeoſ ſacer eſt·ac Dei iuſiurā-
di diuinitatisq; ſignum. Celtę colunt Iouem :celticum uero Iouis
ſignum altiſſima quercus. Pęones ſolem uenerantur:ſignum pęo-
nicum diſcus breuis·longo impoſitus ligno. Arabes Deum quidē
habent:qualem tamen minime noui:Tametſi eius ſimulachrum aſ-
pexi ·tetragonum uidelicet lapidem. Venus a paphiis colitur:cuiuſ
inſigne nulli rei magis aſſimiles·q̄ albę pyramidi. At materia pyra-
midis omnino ignota:Apud lyciosſ Olympus ignem emittit:haud
admodum ſimilem ęthneo :,cum placide · atq; ordinate mittatur:
is ignis & ſacer·& diuinitatis apud lycios eſt ſignum. Phrygeſ qui
circa Cęlenas habitant·amnes Marſiam & Meādrum uenerātur:
hos edit fons unus·ut & ipſe ſum teſtis: Fons uero ad montem ac
cedens·contra dorſum urbiſ abſconditur·atq; abſorbetur:rurſuſq;
ex urbe emergit diuidens fluuiis & nomina & a quam. Meandrus
namq; in Lyciam profluit:Marſias uero circum adiacentibus cam-
pis · abſorbetur . Sacrificant fryges hiis fluuiis ambobus ,aliqui,
ſeiunctim uero aliqui ·peculariterq; aut Meandro · aut Marſię:
Iaciunt etenim uictimarum coxas in fontem · celebrantes eius flu-
uii nomen · cui ſacrificium fecerunt : Coxę ad montem deuectę:
quem una cum aquis ſubeunt : ſi quidem ſacrificium fuerit tri-
butum Meandro· nunq̄ in Marſiam emergunt . Sin uero con-
tra Marſię datum : Meandro minime miſcentur . At ſi ſacrifica-
tum fuerit ambobus : ex ęquo diuiditur donum . Mons Cappa-
docibus eſt Deus·iuſiurandum·ac ſimulachrum: Meotis palus &

Tanais/Maſſagetis: Q; infinitam ac diuerſam ſignorum multitudi-
nem: quorum aliqua finxerit ars: aliqua commendarit uſus: Multa
propter utilitatem colantur: multa propter terrorem uenerentur.
multa propter magnitudinem, diuina ſunt habita: Non nulla pul-
chritudine laudentur. Neq; reperias hominum genus / ſiue barba-
rum/ſiue gręcum ſiue maris/ſiue continentis incolam / ſiue paſtori-
cium/ſiue urbanum: quod penitus reſpuat ſignificationes aliquas
ponere glorię Deorum. Quomodo igitur ſententia feratur / in ea
dubitatione ſermonis? Vtrũ ſcilicet diuinitatis ponenda ſint ſigna:
an omnino negligẽda? Quamuis neceſſaria magis putãda eſſet/
hęc queſtio: ſi quidem de his legibuſ agatur: quas accepturi ſint ho-
mines/hi qui uel extra noſtratem hanc regionem poſiti eſſent: ne
quaq̃ cõmuni hoc aere utentes: uel recentiſſime humo prognati/
uel etiam ab aliquo Prometheo conficti/noſtrę huius uitę ratiõis/
ac legis imperiti. Nam ſi his hominibus ſtatuendę ſint leges: eam
forte conſiderationem inibimus. Vtrum expediat ſinere hoc genuſ
hominum contemptum uiuere/ his diuinitatis imaginibus: quas
natura ipſa produxit: reiecta prorſus/uel eboris/uel auri / uel quer/
cus/uel cedri/uel amnis/uel auis adoratione: quorum potius loco
ſurgentem ſolem / illuſtrem lunam / uariatum cęlum / terram ip/
ſam / aerem ipſum: ignem quoq; ĩtegrũ/& uniuerſam aquam uene-
retur? An idem genus cogendum magis ſit/lapidum/lignorum/ac
formarum cultum ſuſcipere? Sin uero tempus, cõmunis omnibuſ
lex eſt: quę ſemel poſita ſunt ſtare ſinamus / gloriam ſuſcipientes
Deorum/eorumq; myſteria: quemadmodum & nomina ſeruantes.
Deus.n. rerum omnium pater/atq; opifex/antiquior ſole / & cęlo:
tẽpore melior/ quo melior/oĩq; fluxibili natura/ ſine noĩe / legis la-
tor innominabilis uoci / inuiſibilis oculis eſt: cuius cum minime
poſſimus ſubſtantiam capere / neceſſarium eſt inhęrere / uel uo-
cibus / uel nominibus uel animalibus/uel formis aureis / ebur-
neis / argenteis / uel plantis / uel fluuiis / uel culminibus / uel
ſcaturiginibus aquarum: Nam cum deſiderium nos habeat di-
uinę naturę intelligendę: Ita eſt humanę mentis imbecilitas/
ut quęcunq; hominibus pulchra uideantur / ab ipſis Dei natura
diuina nuncupemus / ſequentes amantium illum affectum:

quibus eorum quos amant · ſimulachrum prębere iucūdiſſimum
ſolet ſpectaculum:iucūdę etiam iſpicitur lyra: iaculum·ſella·circus,
uel quicquid poteſt amati memoriam ſuſcitare. Quid igitur mihi
uel inquirendum ſupereſt·uel decernēdum dedicationibus ſacris?
dum mortales intelligant genus unum diuinę naturę. Si quidē
gręcis eiuſ memoriam excitet arſ Phidię:aut Egyptiis animaliū cul-
tus:aut aliis gentibus amnes · aliis ignis diſſonantiam non accuſo:
Vnum intelligant·diligant unum·memorent unum.

AN RECTE FECERIT SOCRATES: QVI NOLVERIT VTI APOLOGIA. XXXVIIII

f Acinus indignum · ſingulis aliis artibus indultum eſ-
ſe:ut nequaq̄ ad cōmune iudicium trahantur:cum neq;
licitum ſit gubernatorem·qui uel opem tulerit naui·uel
exercuerit artem:iuxta nautię ipſius rationē:apud artis ignaros·re-
um fieri:Neq; medici alicuius actiones:curationes pręceptaq; uiuē-
di:ab ęgrotis ipſis inſpici·ac probari. Non figulos·non ſutores· nō
pręter hos · ignobiliora tractantes artificii proprii·ſuſtinere alium
iudicē·pręterq̄ artis eiuſdē conſortē. Socratē uero,in quo nec Apol-
lo aliquātulam ignorātiā taxauit. Ille·inq̄ Apollo:qui arenę mariti-
mę numerum noſſet:& diuinatione prodere poſſet: non dum a ca-
lumniis & accuſationibus quietem impetrare potuiſſe.? Quin po-
tius incurrere eum indies in acerbiores Anito · ac Melito ſycophā-
tas·ipſisq; illis iudicibus:quos ea tempeſtate Athenienſis habuit
populus: Qui ſi pictor·aut ſtatuarius fuiſſet,qualis Zeuſis · Poly-
cletus·& Phydias fuerunt:nequaq̄ ei eſſet interdictum: quin glo-
ria artis·cum laude & approbatione cum laude intuentium cūcto-
rum·opera ſua poſteritati tranſmitteret. Eorum inq̄ operum(quę
tantum abeſt)ut ſpectatores aliqua cenſura perſtringant:ut ne-
q; examinare etiam audeant: ſed potius ament liberam gratuitam-
q; laudem nobilibus illis ſpectaculis impendere. Si uero is ſit·
qui commendationem ac laudem · non a pictura · aut ſtatua-
ria:aut a mechanicis artibus accipiat: ſed potius a ratione,a la-

bore, a moribus, a frugalitate, conſtantia temperantia, ceteriſq; uirtutibus: ex quibus ſe compoſitum conſumatum, decorumq; reddiderit: Hunc ad ſtabilem gloriam, ac certam laudē pertingere non pati: iudiceſq; eiuſdem artis conſortes impetrare non poſſe: ſed potius cottidie diuerſas aliquas calumnias, atq; oblocutiones ſubſtinere quis ferat? Qualis ea eſt: quę ī pręſentia conſiderāda occurrit. Socratem hunc Melitus accuſauit, ſtatuit ī iudicio Anitus, oratione inſectatus eſt Lycon: Athenienſes damnauerunt: undecim uiri uinciri iuſſerunt: carnifex necauit. At ille accuſantem Melitum deſpexit: Anitum delatorem cōtempſit: Cauſidicum Lyconem deriſit. Aduerſus Athenienſium decretum aliter ipſe decreuit. Mulctantibus illis aliam ex aduerſo mulctam indixit. Vincientibus ipſum undecim uiris prębuit corpus (erat enim imbecillius corporibus multis) animum minime prębuit: qui erat Athenienſiū omniū pręſtantiſſimus: carnifici nequaq; infeſtus: ob uenenū minime cōmotus. Verum, hic quem Athenienſes damnarunt inuitidiem obiit libens: huius rei maximum illud eſt argumentum. Nā cum ei licitum eſſet damnationē redimere pecunia, atq; etiā fugere occulte, mortem tamen maluit obire. Quod uero Athenienſeſ inuiti damnauerunt, peracti mox pēitentia iudicii ſatis probat: Qua una re quid accidere iudicibuſ poteſt? quod magiſ irrideri mereantur? Vis etiam ulterius Socratis factū exquiramus? nū oportune illa omnia egerit, an magis īportune: Quid igitur? Si qs accedens narrauerit tibi eſſe uirum Athenis in ętate ſenili conſtitutū, profeſſione philoſophum, Inopem fortuna: optima natura utentem, Diſertum: perſpicaciſſimi intellectus, uigilantiſſimum, ſobrium: qui nihil unq̄ temere fecerit, aut dixerit: ad multam ſenectutem peruenerit: Laudatores habuerit morum ſuorum, ex gręcis haud ingenio poſtremos: Ex Diis uero Apollinem ipſum, & hunc cum propter inuidiam, propter inimicitiam, propter honeſtatiſ odium petitus eſſet, ex theatralibus ab Ariſtophāe: ex ſophiſtis ab Anito: ex ſicophātis a Melito: ex oratoribus a Lycone: Quorum alius, cum in commedia luxerit: alius in iudicium capitis traxerit, alius detulerit, alius orationem perſtrinxerit: alii uero condemnarint. In primis quidem Ariſtophani infenſum cum uiciſſim in Diony-

ſils comicis ſalibus, haud irremuneratum abire ſiuiſſe: cum maxime iudices maderent: poſt accedētem ad iudicium cum accuſatoribus dicendo congreſſum, longiſſimam orationem habuiſſe. Defenſionem uidelicet, ad demulcendos Iudices egregie compoſitam: cuius procemium auditores attentos, ac beneuolos redderet, Narratio ad perſuaſionem appoſita eſſet, coniectura, fides, uerisimilitudo demonſtrationē firmarent: Dein in iudiciū teſtes adduxiſſe uiros, & opibus & fide apud iudices (inter cęteros Athenienſes pręſtantiſſimos) nō pepercisse pręterea ſupplicationi, miſericordia, lachrymiſq; in tempore emiſſis: Poſtremo aductis in conſpectu iudicum Xantippe uxore, filiolisq; eiulantibus: his omnibus modis iudicū animos uerſaſſe: Qua propter per miſeratiōnē ſuffragiorū abſolutione expugnata: iudiciū euaſiſſe. Pape egregiū uictorē narras: Credo etiam (ſi diis placet) is quoq; ſe ex iudicio proripuit in Lycęum: per academiā, cęteraſq; diſciplinarū ſcholas lętus inceſſit: tamq̄ q̄ ex hibernis tempeſtatibus ſoſpes euaſiſſet. At q, ſi hęc ita geſta fuiſſent: Quomō philoſophia uirū hunc, quē: quo ad eius fieri potuit rarū, atq; egregiū effecit. Quomō inq̄ excepiſſet? Nō (me Hercle) melius q̄ laniſta certatores delibutos unguentis, ſine ſudore, ac puluere coronatos ſecedere, minime uel ictos, uel uulneratos, uel ferentes ueſtigium aliquod uirtutis. Verum enimuero, quę fiducia Socratem ad defenſionem hortaretur? Num cōſideret Iudices æquos habiturum? At qui iniquiſſimi erant: Num ſapiētes? At qui demētes erant, Num bonos? At improbi erant. Num māſuetos? At iracundia æſtuabant. Num ſimilitudine aliqua ſecum obſtrictos? At diſſimillimi erant. Num meliores? At peſſimi erant. Num deteriores? At quis ſe meliorem agnoſcens, deteriori committere ſe uelit? Fac cū cauſam dicere, nūquid philoſophiam adiurabit? Mentietur omnino. Num philoſophiam profitebitur? At ea præcipue cauſa illorum in ſe uerterat odium. Nihil (medius fidius) horū dicere ipſum oportuit. Refelleret aduerſarios ac iudicibus probaret, iuuentutem nequaq̄ corrupiſſe: neq; ſe nouos Dæmones induxiſſe? Vide quam rem ageret, quantumq; negotii ſuſtineret: qui homines artis ignaros: de his: quæ in artificio uerſantur, docturus eſſet. Vnde Athenienſibus erat, ut intelligerent quid eſſet iuuentu-

tem corrumpere? quid uirtus? quid dęmon · aut quomodo co-
lendus: De quibus neqꝫ mille iudices fabarum ſuffragiis creari un-
q̃ inquirunt: Neqꝫ Solon aliquid ſcripſit · aut Draconis uenerandis
in legibus habetur: In quibus potius agitur de citatione · de pecula-
tu · de accuſationibus: de rationibus reddendis. de iuramēto: Q ue
quidem omnia · in Elięa peritiſſime tractantur: et ſimilitudinē ge-
rant cum pugnis · contemptionibuſqꝫ uerborum: quas ſępius in-
ter puerorū greges talorum luſus ſolet excitare: dum ſe inuicem in-
ter ludendum aut rapiunt aut aliqua iniuria afficiunt. Veritas · uir-
tus rectaqꝫ uita, alios iudices poſtulat · alias leges · alios oratores:
quorum iudicio Socrates uictoriam · coronam · ac laudationem
accepiſſet: qui ſi uelit & ſenex, & philoſophus pueris mixtus · ta-
lis ludendo ieptire · irriſionem quomodo effigiat? Q uotus quiſqꝫ
medicus ē: qui perſuadere frebrientibus poſſit · optimum eſſe ſitim
ac famem tollerare? Q uotus, qui petulantem hominē in ſententiā
trahat · quod uoluptas ſit maximum malum? Q uis auarum doci-
lem fecerit · nihil eum cupere boni? Id ſi fieri facile poſſit: etiam So-
crates Athenięſes perſuaſione cepiſſet · ꝓ ſtudium uirtutis minime
iuuentutem diſſoluat: ꝓqꝫ illuminatio quędā diuina · de dęmonū
natura nequaq̃ tranſgreſſionem legis inducat. Nam aut hęc Athe-
nienſes pariter cum Socrate callebant: aut hic callebat · ipſi ignora-
bāt. Ac ſi quidem callerent: quid edoctos · iam docere iterum opor-
tuit? Sin erant ignari? profecto non defenſione tentandi: ſed potius
ad ediſcendam huiuſmodi ſcientiā fuerant inuitandi. Alias etenim
defenſiones manifeſtas efficiunt teſtes, fides · argumenta · coniectu-
ra probationes · ceteraqꝫ huius generis complura · ob eam cauſam ·
ut quod interim abſconditum fuerit · īconſpectum iudciū prodeat.
Virtutis & probitatis unicum ē argumentum reuerentia, uidelicet
erga uirtutes: qua quidē eo tempore ex Athēis eiecta: quid opor-
tuit Socratem orare · ut effugeret necē? At ſi mors ipſa bono huic
uiro pręcipue uitanda fuit: continuo ſupereſt: non illud quidem · ꝓ
expectare te uideo · ut illi ſcilicet coram iudicibus pro ſe ipſo fuerit
dicendum: ſed potius · ut pugnantia · maximeqꝫ contraria com mit-
tantur. hoc eſt. ut qui ueluti publicus quidam · acerqꝫ temperantię
magiſter / atqꝫ inexorabilis fuit: nemini unq̃ nec ſeruile quicquam ·

nec blandum·nec humile:nec ſummiſſum locutus:Idem īgenii ac/
profeſſionis ſuę oblitus / prę necis metu nolit Melito infeſtus eſ/
ſe·Noluit Anitum reprehendere.Ac demum quiete ſua contentus
uicos urbis / plateasq; luſtrare nolit cenſurę nota / cuiuſq; homi-
nis conditiones / artes/ ſtudia & cupiditates inceſſere. Sin uero &
ſtrenuus miles,& intrepidus gubernator / ſuo quiſq; ſtudio inten/
tus/mortem contemnit : optantq; pręclari artifices opificiis ſuis cō-
mori. Decuit ne philoſophum :ſ. aſſignatum ſibi in acie locum de-
ſerere? ęgreq; aut terram,aut uitam reliquere ? & uirtutem ueluti
ſcutum proicere in pugam ? Talia ſocratem agere : quiſnam iudex/
aut laudare:aut ſaltem ferre poſſet? ſtare eum in iudicio reum / hu-
milem/pauidum,uiuendi ſpem ab aliiſ ueluti ſtipem mendicantem.
Hoc ē enim apologię munus ſuſcipere. An uero loqui ipſum opor-
tuit? Nihil(me Hercle)quod uel humilitate / uel pauore/ uel ſum-
miſſione turpe uideretur : ſed quod potius liberam contumaciā/
a magnitudine animi,non a ſuperbia inductam / dignitatemq; phi-
loſophię oſtenderet. Apologiam minime ais:Sed tumorem/incen-
dium atq; iracundiam . Qua animi ęquitate defenſionem iſtam/
acciperet impurus ille iudicum conſeſſus/ populariſq; licentię alū-
nus · liberis uocibus inſuetus : continua aſſentatione deprauatus/
Haud(me Hercle)melius q̄ in commeſſatione : petulantium ho/
minum feratur ſobrius uir? uel huic auferens craterem/uel ab illo
tibicinam abducens / uel aliis ēripiens coronam / ebrietatem com/
meſſantium diſcutere tentare. Quamobrem ſatius fuit Socratem
tacere:ubi minime licuit/non turpiter loqui . Sic:n.maxime ſerua-
uit uirtutem/ iracundiam compreſſit.Iudices prętereca ipſos in inſa-
mię ſordibus reliquit / q; tacentem damnare / nequaq̄ puduiſſet.
Magna ſibi nimirum ſperare licuit / aures iudicum obtundendo/
Socratem.n.illum : quem neq; ſeptuagenarium uitę curriculum/
neq; philoſophia ipſa/neq; continua uirtus:uita minime labilis/ac
ſana,uiuendi ratio puriſſima/proba conſuetudo/utillima colloquia/
optimi conuictus:nequaq̄ ſatis a iudicio/a uinculis a morte eximer
potuerunt . Clepſydra ne quæſo ad breue dicendi ſpatium cōceſſa
abſolueret? At neq; poterat:neq;(ſi poſſet)id Socrates acciperet:Id

Iuppiter diiq; omneſ auertant. Q uid ſi Leonidam ullum ſpartiatã
ex aſtãtibus aliquis hortetur: ueluti proditor armatus: ut ſe ſubdu-
cens ex pugna ad euitandum impetum Xerxis ſibi conſulat fuga?
Id Leonidas ille acciperet? Et nõ potius mallet pro uirtute occum-
bere: q̃ ꝙ barbaro dediſſet terga, ĩfamiã ſubire? Q uid igitur aliud
erat Socratis defenſio? q̃ terga uertere? q̃ corde atq; animo fugerẽ?
q̃ honeſte paueſcere? Igitur in acie ſtetit impreſſionem ſubſtinuit
uictoriam adeptus eſt: q̃uis athenienſes putarent: ſuis Socratem
decretis euerſum eſſe. Id etiam Xerxes de Leonida putauit: At leo-
nidas obiit: uictus eſt Xerxes. Socrates itidem Iteriit, Athenienſes
pœnam pertulerunt. Iudicium enim exercuit Deus: exercuit ue-
ritas: accuſatio Socratis huiuſmodi fuit. Peccat athenienſium po-
pulus: qui nequaq̃ recipit Deos: qui pro diis habentur a Socrate:
tiq; nouos demones imputat: Socrates recipit Olympium Iouem:
Athenienſeſ uero periclem. Socrates ſfidem habet Apollini: Athe-
nienſes contra Apollinem decernunt: peccat populus iuuentutem
corrumpendo. Is namq; alcibiadem corrupit: is Hipponicum Cri-
tiam aliosq; permultos. O, accuſatorem ueritate nitentem. O, ęquiſ-
ſimum iudicium: O, damnationem acerbam: pro Iouis offenſa pe-
ſtis acceſſit: bellumq; a peloponeſiis illatum eſt pro iuuentute cor-
rupta: conſtructa decelia eſt acceptaq; in Sicilia et in Helleſponto
calamitas magna. Eiuſmodi iudiciis decretiſq; utitur Deus.

QVID EST SCIENTIA. XXXX.

VID id eſt in quo homo differt a bruto? Q uid prætere-
rea illud in quo homo differt a Deo? equidem ita exiſti-
mo, homines haud alia re q̃ ſcientia ipſa præſtantiores
brutis: haud alia q̃ propria impuritate diis inferiores eſſe. Deus. n.
ſapientior homine: Homo ſcientior bruto. Tu ne igitur ſapientiam
ſeiungis a ſcientia? Minime (medius fidius) magis q̃ uitam a uita:
Sed uita ipſa quæ mortali & ĩmortali cõmunis ẽ: ſi qualitatẽ cõſide-
res ęqualiter utriq; ſe prebet: ſi breuitatem ac longitudinem tem-
poris impar efficitur. Dei etenim uita in ęternitatem producitur

homines uero in diem. Quemadmodum igitur ſi demus potentiam oculis ſubeſſe·ut uideant ſemper · utq; continuo intuitu proiectum excipiant lumen : minime uel palpebrarum egentes tegumento uel ſomno ad inſtaurationem uigoris· uel noctis,ad quietē captandam:qua accepta nihil a cęteris oculis differant: pręterq̄ poteſtate continue uidendi. Sic etiam ſcientia · res communis & homini & deo:aliter tamen a Deo·aliter ab homine habetur. Ac diuinam quidem uidebimus ſtatim. Nunc autem ad eam · quę magis eſt cognita,accedamus. Quid id eſt:quod in homine eſt intelligere·ſcire·diſcere·& cętera generis eiuſdem:Ex quibus ita uocatis ſpeculationis habitum quendam animo adiicimus? Num quid omne id quod ſummatim breui quadam conſideratione· colligit ſenſus· ac peritiam uocat·intraq; ad animum ducit · poſtq̄ in illam peritiā ratiocinatio ſignum impreſſerit·ſcientiā dicemus? Tale quid dico. Homium primi,qui nunq̄ uiderant nauem· externorum commertia adamantes : utilitatis ſtimulis acti · cum circum ſcriptos ſęcernerent a mari:nantem uiderunt auem ex aere delapſam. Viderunt pręterea ponderoſum aliquod corpus leuiter ſuper aquas deferri: aut arborem·quam fluuius traxiſſet. Forte etiā aut aliquis(ut fert caſus)cum mergeretur inuitus·ac cogeretur membra iactare: corꝫ artificio enatauit:aut etiam libens·ludensq; natationem ipſam tentauit. Hos ſingulos caſus peritia colligens:atq; horum collectione· nauigationem meditatus,primum ineptum aliquod· atq; informe uehiculum conſtruxit e materia leui:ut ē ratiū forma: ex colligatis permultis lignis rudibus cōpactum. Paulo poſt ſenſus·adiuncta ratiocinatione procedens ac ſapienter effectus: uehiculum cauum inuenit·quod impelleretur a remis·uelisq; ſuſpenſum ferretur a uētis·temone ad rectitudinem curſus regeretur:atq; huic uitam & ſalutem ſuam commiſit : gubernatoris dumtaxat ſcientię confiſus: Medecinę uetuſtiſſimū inuentum his initiis ortum · conſtans eſt fama. Eum qui uexaretur a morbo domeſtici exportantes,i frequētiſſimo uico ſtatuebant :ut a tranſeuntibus uiſus ·de qualitatibus morbi rogaretur · Ita qui tulerat · depuleratq; ſimilem morbum· aut medicamentis ſumptis·aut cauteriis·aut inciſionibus ·aut tole-

rantia ſitis: prodito remedio, laborãtem iuuabat. Similitudo igitur morbi remediorum colligens memoriam, ſummam eius: quod ex his hominum congreſſibus acceperat, ſcientiam fecit. Eodem etiã modo architectura, ęraria, textura, pictura incrementa ſumpſerunt manuum quodammodo ſingulę ab experientia perductę. His ita ſe habentibus, utrum dicemus ſcientiam eſſe animi ipſius conſuetudinem, ad quęcunq; opera & ſtudia humana: An & idem extendemus ad bruta? Quando ſenſus, atq; experientia minime ſolius hominis ſint. Nam & ſentiunt bruta, & ab experientia non nihilum docẽtur: uſq; adeo, ut poſſint inparticipatum ſapientię uenire. Grues per ęſtatem ex Aegypto ſurgentes, extenſis alis, uelut quibuſdã uelis per aerem feruntur recta in ſcythicam terram. Hoc animal ꝙ minime decore formę numeros implet: cui ſcilicet habitior eſt uenter, longiſſimum collum, poſteriora leuiſſima alę parum fultę: diſpacta mẽbra in uolatu fluitare uidetur, inſtar nauis: quam undę agitant & impellunt. Hoc intelligens grus, ſiue ſentiens ſiue etiam experta: non ante uolatui ſe credit, ꝗ lapidem roſtro ſuſceperit: firmamentum uidelicet uacillaturi uolatus, cuſtodiamq; ſalutis. Cerui ex Sicilia ĩ Calabriam, circa Rhegium urbem transfretantur ꝑ ęſtatem, natantes deſiderio pabuli (uerum ut credere par eſt) longitudine natationis defeſſi, propterea ꝙ onus capitis ſuper aquas extantis, non facile ſuſtinent: ad leuandum laborem rationem hãc inuenerunt. Natant quidem ordine cũcti unius ductum alius poſt alium ſequentes, quaſi exercitus imago congruo ordine incedentis: Inter natãdum uero ſinguli ſuper anterioris lumbos caput imponunt. At ſi contingat ordinis decurionem ſub labore deficere: continuo in tergore locatur, aliuſq; decurionis in locum ſuccedit, alius tergi ductor efficitur. quaſi ſit acies in qua Xenophon tergum frõtem Chiriſophus regat: uſq; adeo ut etiam ad hoc gẽus brutorum militaris diſciplina tranſiſſe uideatur. Haud igitur ſenſus experientiaq; ad hominem pertinent duntaxat. Cuius hominis tantum peculiaris eſt ratio. Neq; aliud eſt ſcientia, ꝗ ſtabilitas rationis iiſdem ſemper ueſtigiis hęrentis, captantis primo cognatas quodammodo res poſt diſtinguentis quicquid in eis uiderit diſſimile. Quarũ

quę ſimilitudinē ſeruant inuicem comparat. Et(ut ita dicam)quaſi amica connectit: confuſa autem ac repugnantia diuidit in ordinata in ordinem: diſſonantia in conſonantiā reſtituit. Eiuſmodi ſunt arithmeticę: geometrię: muſicę: cęterę q; diſciplinę: quę ſeſe penitus a mechanicis uindicant: ac rationis prodierunt impulſu. Has tamen Homerus nequaq̃ ſcientiarum antiquiſſimas uocat: uir & antiquitate & fide inter cęteros prędſtans: ſed potius huius generis uiros admiratur: ut pote ſolos ſapientes. Vatemq; & medicum morborum: ac ligna ſtruentem: carmine pręterea clarum. O: ęqualitatē dignitatis: ſapiens uates: ſapiens faber: ſapiens medicus: ęqualis uidelicet Apollo: eſculapius: ac Phemius: Videndum eſt tamē an Homerus dignitatem ſcientiis ob inuentionem magiſ: q̃ ob utilitatem impendat. Id a nobis mininime ſequendum eſt: ſed potius hoc modo dicendum. Animam uidelicet hominis rerum omnium expeditiſſimum atq; ociſſimum motum habentem: ut pote: quę ſit conglutinata ex mortali atq; immortali natura: ob eam partem quam a mortalitate deſumpſit: ſub brutali natura cenſendam eſſe. Nutrit enim auget: mouet: ſentit: ob immortalitatem uero ad diuinitatem accedere: quę. ſ. cogitat: ratiocinatur: ediſcit: atq; efficitur ſciens. Quatenus autem natura ipſa mortalis cum immortalitate concurrit: id omne dicitur Prudentia: mediū uidelicet quiddam exiſtens inter ſcientiam ac ſenſum. Eſt que ſenſus iſte animę functio: quatenus irrationalis: ſicuti mens animę functio. Sed quatenus eſt diuina: harum media eſt prudentia: & ipſa eiuſdem animę functio: ſed quatenus eſt humana(ſenſu. n: experientiam colligit: rationem) prudentia: Mens uero ſtabilitatem. Id igitur: quod ex his omnibus compoſitum harmonice eſt: Scientiam uoco. Et ſ orationi huic adiicere oportet exemplum. Dic ſenſum: circa operam fabrilem: dic mentem circa geometriam uerſari: dic prudentiam eſſe qualis reperitur in architectis. Ars medium obtinens locum. Inter geometriam & fabrilem operam: quatenus fabricam reſpicit: ſcientia eſt: quatenus cum geometria comparatur: propter ſtabilitatem minor inuenitur. Cernere etiam eſt ſcientiam: prudentiam: experientiamq; : potentias hominum inter ſe eſſe ſortitas. Atq; hęc

quidem circa ignem uel ferrum/uel cęteras materias uarias ſatagere.
Artium ipſa copia utilitates comparat uitę. Prudentia uero/quę
affectionibus animę pręſidet/eaſq; ratiocinatione ad iuncta/tamq;
propriam familiam regit: ad experientiam ipſam comparata/ratio-
nem ſcientię habet. Scientia autem ipſa tantundem eſt minor/q̃ tũ
circa negotium minime ſtabile/minimeq; certum diuerſans: de eiuſ-
dem natura effigiem capit. At mens ſupremum in anima honorẽ:
ſupremum etiam imperium habet. Quale in ciuitate poſſidet lex:
haud tamen ea lex: quę uel in tabulis ſcripta/uel columnis inſcul-
pta/uel calculis/uel manibus in contione ſancita: uel a populo lau-
data: uel probata iudiciis: neq; etiam aut a Solone/aut a lycurgo la-
ta: ſed cuius lator eſt Deus: quę nunq̃ ſit deſcripta: cuiuſq; dignitas
ex ſuffragiis minime pendet: ac poteſtas reddendę rationi/non eſt
obnoxia. Quę preterea ſola lex eſt: quando/quę temere uocantur
leges ſint potius dicendę falſę quędam opiniones defectibus refer-
tę/atq; aberrantes a fine. Nam ſub huiuſmodi legibus Ariſtides
exulauit: Pericleſ mulctatus eſt: Necatus eſt Socrates. Cum/contra
ſub lege illa diuia iuſtus Ariſtides/optimus Pericles/Socrates phi-
loſophus eſſet. Illarum legum effectuſ popularis eſt ſtatus/iudicia/
contiones/impetus populi/principum uirorum corruptiones/for-
tunę uiciſſitudines/calamitates diuerſę. At huius legiſ effectus eſt/
libertas/eſt uirtus/eſt uita moleſtia carens/eſt tuta fęlicitas. Illis do-
minantibus frequenter in iudicium itur/triremes implentur: claſſeſ
educuntur/uaſtatur ager/pugnatur ĩ mari/deſciſcit ægina/Decelia
munitur. Perditur Melus Plateę uincuntur: Sicyon diripitur: euer-
titur Delus. At harum legum imperio uirtus unitur: animus diſci-
plinis impletur/domus pulchre diſponitur: ciuitas optimis legi-
bus fundatur: terra mariq; otium uiget/ac pax. Nihil uel lęuũ uel
inhumanum/uel barbaricum dominatur. Pacis omnia plena: ui-
gent fædera: uiget ſcientia: uiget philoſophia: uigent muſicæ ratio-
nes. O, leges cæteris legibus antiquitate præſtantes/o legis latores
cæteris legum latoribus manſuetiores: quibus quisquis libens
inſtituendum ſe tradit: et liber & diues/& interpidus euadet: cotti-
dianarũq; legum/ac ſtultorum iudicum minime cenſuram uerebitur.

tur. Quiſquis uero iniquus homo, ab earum obſeruatione diſcedet: iudicium nequaꝗ̃ effugiet, haud Athenienſium ipſorum calculis ſententiam ferentium: haud undecim uirorum exulare iubentium: neq; etiam carnificis uenenum propinantis: ſed potius ſemet ipſe innata, ac uoluntaria improbitate condemnabit.

Nam propriis homines uitiis ſibi damna crearunt.

Hanc legem transgreſſus Alcibiades infortunium ſubiit: non quidem tunc, cum ab Athenienſibus eſt reuocatus e Sicilia: aut cum ab Eumolpidis pręconum uoce eſt execratus, aut cum extra fines atticos, in exilium abiit. Leuis eſt hęc, & contemnanda damnatio. Melior enim etiam tum cum exularet Alcibiades fuit, his: qui domi remanſerunt: ut pote, qui ab Lacedemoniis haberetur in honore: quiq; Deceliam muniuit: qui conciliatus Tiſapherni: qui Peloponeſiorum imperium accepit. At Alcibiadis damnatio antiquior ualde: ab antiqiori lege, atq; ab ãtiquioribus iudicibus decreta: eo uidelicet tempore: quo diſcedens a Lyceo damnatus eſt a Socrate: & a philoſophia repudiatus: Tunc exulat Alcibiades: tunc capitur: O damnationem acerbam, pertinacem execrationem, & miſerabilem errorem? Athenienſes itaq; ſupplices ipſum receperunt: At quos philoſophia, ſcientia, ac uirtus ſemel eiecerint: his & perpetuo fores occludunt: & inexorabiles manent. Talis eſt ſcientia, talis ignorantia eſt. Ego uero & Minois leges, ſcientiam uoco: quam ipſum Iuppiter docuit per annorum nouem curriculum, ut quod diſceret Minos: beatos efficeret Cretenſes. Cyri ſcientiam, regiam appello uirtutem: quã docuit Cyrus: minime didicere Cambyſes, & Xerxes. Cyrus. n. pręfuit perſis: ut pecoribus paſtor ad ſeruandum & alendum ouile: ut pote qui pugnans cum Mędis, & Babylonios capiens longe barbaros lupos arceret: & a gregibus ignauiam depelléret. Cambyſes uero & Xerxes, ex optimis paſtoribus euaſerunt improbi lupi, gregem tõndentes, & a ſcientia longiſſime diſtantes. Leges pręterea Lycurgi ſcientiam uoco.

❡ DVRIORES NE SINT CORPORIS AN ANIMI AEGRITVDINES. ·XXXXI ET VLTIMVS.

Etuſtum olim eſt carmen:quod & ipſum in ſupplicationibus canitur. Beatorum antiquiſſima ſanitas:in reliquã uitam tecum ſim. Libet huius carminis poetam interrogare:quę nã ea ſanitas ſit:quã precibuſ in contuberniũ uocet? Ego.n.ſuſpicor eam diuinũ quiddã eſſe·uotoq; dignam: quã uideã carmine·nec temere·nec fortuito dignã ſic habitam: cuiuſq; memoria ad hoc uſq; tempus perduret. Et ſi ea id eſt(qđ ſuſpicor)ratio mihi ex perſona poetę reſpondeat uelim. Harmoniã in homine componunt duo:animus ſcilicet ac corpus:Q uorum ſi animuſ natura ęgritudinum eſſet ĩmunis:nimirũ huius carminis uotũ dumtaxat pertineret ad corpus:quod quidẽ ſuapte natura palam eſt, morbis ac curationibuſ expoſitũ eſſe:Sin uero ambo pulcherrime & aptiſſime ui naturę coniuncti ſunt: ſi quo uitio eorum parteſ perturbari cõtingat·fiatq; ut per ĩpotentẽ uim·alter alterius ſibi uĩdicet munus: iuxta ac populus·uel tyrãnus in ciuitate conſueuit: impedimentũ cęteris partibus afferre:ipſarũq; temperamentũ euertit: Et hoc ẽ qđ uel animi uel corporiſ ĩpotentem uim uocamus·neminiq; dubium quin eorũ uterq;(quantũ ad ſe ipſum attinet)ſanitatem expoſcat. At inuicem cõparatis·haud erit utrobiq; par appellatio: Verũ utriuſ ſalutem·ac ſimmetriã beatorum antiquiſſimam appellemus:ut utriuſq; infirmitatem ex oppoſita illi ualitudine noſcenteſ·perſpicere poſſimus·ab utra maius ad hominem perueniat malum. Age dum totam hanc rem in hunc modum ſtatuamus.

e X animo & corpore conſtitutus eſt homo: in eoq; animus imperat·obſequitur corpus. Et quidem eodem ſere modo in ciuitate aliquis regnat·reliqui parent: & tam qui imperat·q̃ qui paret ciuitatis pars eſt. Harum utrius potius uitio miſera ciuitaſ fiet: Fac populum ĩuaſerit langor·non ne Pericleſ ualens atq; optimus rector populi diſcutit langorem? Contra Syracuſis Dionyſius tyrannico contagio: opprimatur populus quis ſanus:tamen ad recipiendam ſalutem inualidus fit. Vis ut corpus

ut populum·animum ut principem eſſe? Ita opinor. Itaq; imaginē
cum imagine conferens/conſidera: pluris ne populus·q̄ rector: an
corpus·q̄ animus habendus ſit. Populus quidem furioſus eſt: non
ne itidem & corpus? Populus eſt multiplex·multiſonus·multipli-
citer affectus. corpus itidem ex diſſimilibus multis permixtum ē.
Idem populus ex diſſimilibus multis, ac colluuione quadam coag-
mentatus. Populo quid eſt: quod ſi ad iracundiam propenſius? in
cupiditatibuſ uehementius? in uoluptatibuſ mollius? in doloribuſ
abiectius? in iraſcentia aſperius? Eadem hęc uitia attingūt corpus.
Quod quidem & ipſum cupiditatibus·appetitionibus·uoluptati-
bus·atq; impetu rapitur. Nunc principem comparemus cum prin-
cipe. Princeps in ciuitate imperantis habet officium: idemq; eſt &
honoratiſſimus & firmiſſimus: natura ad curas ac ſollicitudīes factus.
Quid animus? Non ne prīcipis parteſ omnino exęquat? Prin-
ceps ſui ipſiuſ habet arbitrium: animuſ itidem. Quę cum ita ſe ha-
beant·cuiuſ nam morbo magiſ, uel hominem·uel ciuitatē labefac-
tari arbitrabimur? Nonne pręſtantioris morbus: uniuerſitatem de-
teriuſ afficit? Laboranſ populuſ ſub principe minime firmo·in ciui-
tate libera ęgrotat: morbus etenim principis ciuitatis ipſius peni-
tus eſt ſeruitus. Sed compendio loquendum. Animus eſt pretio-
ſior·q̄ corpus·atq; ideo bonum: quod a pretioſiori prouenit,
eſt maius. Maiori autem bono·maius opponitur malum. Sed maius
bonum animi eſt potius·q̄ corporis ſanitas: Maius igitur malum
animi·q̄ corporis eſt morbus. Corpus ut ſanitatem recipiat·artifice
eſt opus. Animuſ ut conualeſcat·per uirtutem conſequitur. Animi
pręterea morbus·quid nam aliud q̄ improbitas? Corporiſ q̄ infor-
tunium ſit? Sponte committitur improbitas: Pręter uoluntatē in-
fortunium accidit·ob eamq; cauſam/qui contra uoluntatem mali
quippiam patiuntur/miſericordiam: qui ſuopte prolabuntur inge-
nio·odium in ſe ſolent prouocare: Sed quorum miſeremur/ eos
omni pręſidio adiuuamus: quos uero odimus probe mulctatos eſ-
ſe pcupimuſ. Demū quę ſūt digna auxilio·leuiora ſūt·deteriora ue-
ro·q̄bus infligiſ pena. Sed ſanitatē rurſus ī utroq; ſpectāmus: Alte-
ram quidē omnis expertem indigentię: alterā indigentiſſimam in-
ueniemuſ. Altera fęlicitatem diſpenſat: altera infortunium inuehit.

Altera malorum inquinationem penitus reſpuit: Altera facile labi-
tur in uitium: huic perpetua ſanitas illi diurna. huic firma: Illi cadu-
ca. Huic immortalis illi immortalitati prorſus addicta. Conſidere-
mus & morboſ. Corporis morbus arte facillime depellitur animi
morbus difficulter a lege ſanatur. Et corporis quidem morbus ſi
quem uehementer anxium habet ei ſanitas maiuſ deſiderium incu-
tit. Quod uero animum cęperit cum ad contemnendas legeſ ma
gis coſtidie indurat. Huic dii ſuppetias ferunt illum odioſe repel-
lunt. Aduerte pręterea bellum nunq̄ ob corporis ęgritudinem eſt
ortum: At ex animi morbo maxima ſepiſſime bella exarſerunt. Ne-
mo unq̄ qui corporiſ morbo laboraret aut delator effectuſ eſt aut
ſepulchrum uiolauit: aut depopulatus eſt agros: aut neſarium ali-
quid conſciuit. Morbus corporis laborantem male habet: Animi
morbus haud ad eum ſolum: quem corripuerit: ſed ad proximos
quoſq; miſeriam defert. Inſpice obſecro ſermonis habiti imaginē
ex politica ſimilitudinem expreſſam. Quo tempore Athenienſiū
ciuitas popularibus ſtabat inſtitutis ciuium multitudine magni-
tudine imperii & opum potentia florebat: Imperatoribus pręte-
rea abundabat. In qua .ſ. Pericles ſummam haberet auctoritatem:
Eam tum peſtiſ: quę primū ex ethiopia progredi cępiſſet poſt Per-
ſarum regnum pertranſiſſet, inuaſit: In ea ſtationem finemq; capi-
ens ciuitatem confecit: idq; malum concurſus multitudinis in ur-
bem & bellum Peloponeſiacum auxerūt. Hęc cum uno tempore
multis undiq; malis premeretur: cuius ſcilicet ager uaſtaretur: Ci-
ues contagione abſumerentur captiuarentur homineſ potentia ta-
beſceret ſub infortunii moſe caderet corpus. Vir unus (is tum erat
ciuitatis animus) Pericles ille ab ęgritudīe ītactus ſanitate uigens
iacentem ciuitatem excitauit: erexit effecitq; ut ad reſumendas ex-
tinctas uires reſpiraret. Vnus ex omnibus ciuibus qui uel peſti re-
ſiſteret uel belſo. Nunc autem uiciſſim ſecundam imaginem con-
ſidera. Peſtilētia abiit populus cōualuit uireſ ſunt reſtitutę: ſed par-
tē quę gubernaculi munus ſuſcepiſſet morbus inuaſit acerbus ſa-
ne & īſanię proximus. Hic quoq; populū cępit & ī eandē ęgritudi-
nem uertit. Quid enim: non ne cum Cleone inſaniit populuſ? Nū

Hyperboli morbum non eſt paſſus? Aut non cum Alcibiade exarſit? Q uid deinde? idem morbus cum ipſis populi ductoribus conſumptus · populum in eandem pernitiem traxit: atq; alium aliter perdidit · cum alius alio miſeram illam · atq; infœlicem iuxta homericum uerſum aduocaret.

Huc age nympha ueni: diuinaq; facta tuere:

Et quidem Alcibiades Siciliam oſtēdit. Cleon Sphacteriam · alius aliam · aut terrę aut maris portionem: ueluti febribus correpto · fontes ac puteos. Hęc ſunt uiri nequam ueſtra diuina opera interitus? destructio · ac malorum uigor, & ęgritudinis tabes. Hoc idem efficere poteſt animi morbus: ſi cum corporis morbo conferatur. Langueſcat corpus · perturbetur · corrumpaturq; : ſi quidem ab animo ualenti habeatur · facile ęgritudinem contemnat · malumq; conculcet: ut Pherecides in tumulo poſitus contemnebat: cum illi corpus quidem tabes exederit. Rectus tamen animus inutilis illius ſepti euerſionem auide expectaret. Auſim uero id affirmare: neq; etiam pręter animi uoluntatem aduenturam corpori tabem: quaſi cum dixeris: q cū detiēt i carcerē, uideritq; carceris putreſcere parietes · ac labi egreſſum carceris ac uiculoꝝ liberationē pręſtoles: ut ex multis atq; obſcuriſſimis tenebris: quibus interim obrutus eſſet: quando q; ſe uindicans · aerem aſpicere poſſit · ac clariſſima luce ſaturari. An hominem putas: qui belle exercitatum corpus · duratumq; in laboribus haberet: terreri poſſe? ſi ei clamydes attritione ſcinderentur · & non eas potius lętum obiecturum · nudumq; corpus · nudo aeri amicum amico · liberum libero oſtentaturum? Q uid nam aliud pellem · oſſa · carnemq; (quo ad animum pertinet) eſſe arbitraris · q̄ diurna indumenta / q̄ pannoſas tritas · uiliſſimaſq; lacernas? quas ferrum facile ſcindat, liquet ignis: & ulcus depaſcatur. Optimus igitur animus in exercitationibus ac laboribus habitus: facile illa omnia contemnit · cupitq; q̄ primum indumenta deponere; ut qui forte hunc uirum laborantem corpore inſpexerit. pulchre illud Vlixis in eum proferre poſſit.

Q uale ſeni fœmur abrupto centone pateſcit.

Contra animus humilis · ſi ſit defoſſus in corpus: ut pigrū aliquod

reptile / latibulum adeptum: ita is corporis nidum arctiſſime complectitur: neq; unq̃ ab eo abduci uult: aut ipſe ſponte erepere: ſed potius cum incenſo nido, unà exuritur: cum diuulſo diuellitur & in corporis cruciatu doloris ſe ſotium prębet: Et cum clamante clamat. O, pes ne te aſcindam? ait Philoctetes: abſcinde quęſo mi homo / ne eiulato: neue amicis conuitium dicito: ne Lemnię terrę infeſtus eſto. O, mors Pean: Siquidem Philoctete eo propoſito dicas et malum commutaturus cum malo? precationem minime probo. Sin uero mortem re uera Peana eſſe arbitrariſ / ac uindicem inſatiabilis / morbidiq; bruti? optime reriſ. Perge itaq; Peana precari / atq; inuocare. Sed me (ut uideo) oratio ad exemplar manifeſtius appellit / quod me Hercle auebam iam dudum uobis oſtendere. Erāt in exercitu gręcorum multa hominum milia.

Ver flores quot habet / tegitur quot frondibus ęſtas
Nemoq; non ualidus / non interger / non robuſtus / tantuſq; hominum nūerus Pergamis circunfuſus, nihil toto decēnio efficere potuit. Non inſectator Achilles / non permanens Aiax / non Diomedes interfector: Non iaculator Teucer: non conſilio Agamemnon: non eloquio Neſtor: non uaframentis Vlyxes: Verum his ita Deuſ reſponſum dedit. O, optimi ac generoſi alumni gręcię / fruſtra laboratis / fruſtra perſequimini troianos: in caſſum tela emittitis / in caſſum conſulitis:

Nunq̃ aliter magnę capietis moenia Troię
Nec prius / accedat q̃ uobis auxiliator.

Quis nam is? ualidus ſcilicet animuſ inualidum corpus / fętidum / claudicans / fereq; morbo conſumptum. Deo itaq; ſidem habentes auxiliatorem hunc ex lemno adduxerunt: cuius erat animus integer / morbidum corpus: Verum ſi placet, pro rei huius ſpeculatiōne / in robuſtam gladiatoriamq; (ut ita dixerim) corporis firmitatē, animi morbum inferamus / laboret animus morbo uoluptatis diſſoluatur / ac tabeſcat: Quod remedium / aut quę utilitas laboranti huic aīo, ab ipſo corpore obueniet? Sardanapalus ęgrotat / non ne uides ut morbus ipſum etiam inuaſerit corpus? flaceſcit miſer / oculiſq; ipſis contabeſcit / atq; impaticus morbi / in ignem ſe deiicit

Egrotat Alcibiades: ipſum quoq; ignis exurit, uehemẽs ſane, ferus q; rationem ĩ inſaniam uertens: a quo undequaq; rapitur, ueſatur q;: modo ex Lyceo in contionem, modo es contione ad mare: ex mari in Siciliam: ex Sicilia ad lacedemonios: ex Lacedemoniis ad perſas: ex Perſiſ Samũ: ex Sã̄o Atheñas: Ex athenis rurſuſ ad helleſpõtum: aut quocũq; gentium. Egrotat item Critias aſpero nimirum uario, atq; incurabili morbo: uſq; adeo ut eum nec uniuerſa quidẽ ciuitas perferre queat: & tamen omnibus his corpora integra erãt, atq; optime ualentia. Delicatus Sardanapalus: formoſus Alcibiades: robuſtus critias. Sed horum ualitudo eſt odioſa: Langueat itaq; potius critias, ne tyramnidem inuadat, Aegrotet alcibiades: dum athenienſes in Siciliam perditum non eat: Laboret Sardanapalus: cui ſatius conſultum uideatur: ſi eum potius aduerſet ualitudo, q̃ uolupras expugnet. Deniq; ita potius cędat, ut non aſſumatur a corporis morbo, quem perpetua ſceleris inundat illuuies. Sicut enim quę ſolẽt ulcera latiuſ ſerpere, ubi ea ſemel ĩplieuerĩt corpuſ, anteriora deuorant: atq; integri aliquid ſemper abſumunt, contumaxq; corpus in recipienda reddunt ſanitate: donec medici ars, fundum, ſedemq; exciderit morbi: Ita cuius eſt animus ſuppuratuſ introrſum, corroſuſ, putriſq;, quodcunq; ei proximum eſt, non deſiſtit ficere. Aſcindendę itaq; ab eo ſunt, ac pręcidendę corporis uires: in quas non ſecus animaduertendum eſt atq; in ſicarii manus in petulantis oculos, in ẽluonis uentrem. Quamuis. n. his morbiſ impoſueris iudices carcerem carnificemq; conſtitueris: eorum cotidie tamen tabeſ ĩualeſcit: manareq; & occupare ultra non deſinit, ſitq; improbitatis inexpugnabilis acies, ubi morbus ſemel inoleſcere cęperit, in eiſq; materiam conſentientem licentiam. ſ. intrepidam impudentiſſimamq; audaciam inuenerit.

FINIS.

Vela dabo optatã donec potiamur harenã

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.
Omnes ſunt terni preter t quod eſt quaternio:

¶ Impreſſum Romę apud Iacobum Mazochium
Romanę Achademię Bibliopo. Anno.
M.D.XVII. Die. XV. Menſis
Octobris. Triumphante
diuo Leone. X. Pon
tifice maximo.
Anno eius
quinto.

ERRORES IMPRESSORIS

Carta.3.linea.1.mitonibus fac tralatiõibus
Car.9.infine iam fac eam
Car. 10. li.8. tamen ſi.f. iam & ſi. & li.10. atergo uultus fac ultus
Car.13.li 17.clezomeniis.f.clazomenius
Car.14.li.1. ſuſpicere fac ſuſpicer
Car.15.li.4. detentis fac decentis.
Car 16.li.35. aio fac animo
Car. 17.li.2.náciſcanẽ fac náciſcatur
Car 18.li 6.defluẽ.f.diff. et .li.2..liberamẽ to.f libra.et.li.11 .labores.f.labore .et li. 16.adrictetus.f.archi.et. li.31. qđ.f.qđ .et li.24 atergo faturorũ fac.faturum
Car.20 li.16.ſudere fac ſudore
Car.21.l.1.deeſt mulios poſt Meſiios et.l.12. pates fac.partes.
Car.22.li.18.aterg. Heraclitis f. tus. et.li 26 conuinctũ fac cõuictum.
C.23 li.1.ater.deſptũ f.expeditũ et li 7.iuge ſtis.f iugẽtis et.li.35.opcatioñé.f.pegrina (tioné
C.24.ater.li.18.legitimus.f.miſ.
Car 26 li.14 deducta fac ctá. et.li. 15.atergo Corinthi. f.corinthium
Car:27.li.30.deſt ſupficies poſt huiuſce.
Car.29.li.21 atingit fac gat .et. li.1.atergo. peniq.f.de.et li.17. deeſt in poſt. io.nis.
Car.37.li.37.cootra.f coorta.& li.12 corpo rea f.corpora &.aterg. li.2 laudor f lau dator.& li. 13.qdam f qdem.
Ca.42.li 33.q̃.f.q.Et car.43.li 35.pnux f.pnix
Car.44.li.12.redeiſtis f rediiſtis
Car 45.li.4.deſt nun poſt ꝯſtaẽ.& .li.5.aq̃le f aqlæ.& .li.33.aterg.finaus f. finamus
Car.46.li.35.tribuerit fac tribuere.
Car 49.li.7.fuctus f.fructus . &. li 12 aterg deeſt in . poſt tanta
C.50:li.14.nero f.uero & .li:ulti. alſis f.fal (ſis
Car.51.li:18 actioné fac actionũ.
Car.52.li:33.aterg reliquẽ fac reliquum
Car 53 li.24:corpori ſtabes.f cõporis tabes:
Car.54.li.:9.aterg utam f. uiam
Car 55 li 9.libys.f.libs & .li.3 ſtudioſũ f rum & .li.30.immanibus f:in manibus
Ca r.56.li.6. omniũ . f omniſa ram
Car.[illegible]li:5 abſoletas f.ob:et.li.31 fint f.fine [illegible]8 aterg.uiam f. uitam (f.cæ
C.58.li 12:q̃.f.uſq̃.Et.C.59:li.17.gymnaſiæ
Car.60 li.33:atergo. deeſt uero poſt utroſ ꝙ
C.63.l 32 iorũ f torũ & aterg. l.34.deo f.ideo
Car.64 li.2 mulius. fac mulus .
Car.65. li.12 atero pre, fac per
Car.9[illegible] li.18 deormuitatem . fac deformitẽ
Car.68.li 2 itam fac etiam
Car 69 li. 9. aterg xelſxis f. xerxis.& li.ult. Hemeri fac Homeri.
Car.70.li. 12.plauis f palus &.li:15 elicor f. felicior.& fluuius fac uios & li.21. Ioni/ ees:f.cis & li.24:parter f.pater.
Car.72 li.17. pucipes f pṝiceps
C.75 li.5 potẽtiá f:tia.&.l.12 pnide f. pinde
Car.78 l.1.aterg.cepu fac capu.
Car.79 li 13.aterg inetiæ gænenbus f.inſitæ genenbus &.li 25.ſi fac ſe.
Car.81.li.13.nouás f.na.&:li.10.filius f.filiis
Car:82.li.17:atergo uitur. fac uidetur
C.84.l.13.traſmiſſos deme.S.&.li.28 animi fac an:& li.19. ſcia f. ſnia &. li.8.atergo minime ac numine (ſui
Ç.85.li.9 ſu f ſuo.& li 9. ater.ipului f ipul
C.86.l 7.bona uacat &.l.18.patcret f petoret
Car.87 l.27.aterg đeſt qs magis decernere poſt demoſtrare.
Car 90.li.9.celerãt fac brant.
Car.91.li.2 deeſt ad poſt uirtutis
Car.93.li.10. atergo abdictá fac addictam
Car.94.li .17:aterg. fret fac foret
Car .95.li. 17.aterg utrũ f.uerũ et.li.20 fides fac.fidens
Car 96 li.19.deſtiib. fac diſtributionẽ:et.li. 13.uirtutẽ f.uirtute.&.li.35.felicitatũ f.tem
Car.99.li.3.parẽtes.f pe. &.li .4.eádẽ f. eadẽ
C.100.l.2:fuiræ f.furiæ&.l.11.aium f.amnuũ
Car.101.li 18.ſpẽ f.ſpe
Car.104.li .6.atergo Eholos f eth
Car.105.li.10.atergo cocrodrili f. cocrodili
Car 106.li.32.atergo đtuerit f.lerit.
Car 108.li.18.efficii f. effecit: et.l.17.atergo iudicium fac iudicum
Car. 109 li.22.uiri fac uir .
Car.110 li 14.ſcia f ſciam:et . li.31.uetuſtiſſi/ mus f.mũ & li 14. atergo uentet fac.tet
Car.113.li.6.ſi f.ſit et:li.14. penius f. penitus & .li.22 muius f. maius & . li.23 mals f. malum & .li.24.aru fac arus

FINIS

Maximus Tyrius philosophus